



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis Prædicatorum

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

Prima Pars Est De Fide Catholica.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13589

PRIMA PARS DIRECTORII

OFFICII INQUISITIONIS

HAERETICAE PRAVITATIS, ET EST
DE FIDE CATHOLICA,

CVM COMMENTARIIS FRANCISCI

Pegnæ Sacrae Theologiae & Iuris vtriusque
Doctois.

*De summa Trinitate & fide Catholica, de volumine
maiori Decretalium.*

Innocentius III. in Concilio generali. †

Tractat de Trinitate, & ipsius operibus: de fide, & articulis fidei.

† Cap. i. habi-
to Romæ a-
pud Latera-
num, anno
1215.

C A P. I.

† Pauli post
adjectur Bea-
ti Thome cō-
mētatur in
hanc Decre-
talem & seq.



IRMITER † credi-
mus, & simpliciter confi-
temur, quod vnus solus
est verus deus, aternus,
imensus, & incommu-
tabilis, incomprehensi-
bilis, omnipotens, & ineffa-
bilis, Pater, & Filius, &
Spiritus sanctus, tres quidem personæ, sed vna
essentia, substantia seu natura, simplex omnino,
Pater a nullo, Filius a patre solo, ac Spiritus san-
ctus pariter ab vtroque, absque initio, semper, ac
sine; Pater generans, Filius nascens, & Spiritus
sanctus procedens, consubstantiales, & cōuales,
& cōomnipotentes, & cōaeterni, vñ vniuersorū
principium, creator omnium visibilium & inui-
sibilium, spiritualium, & corporalium, qui sua
omnipotentī virtute simul ab initio temporis v-
tramque de nihilo condidit creaturam, spiritua-
lem & corporalem, angelicam videlicet & munda-
nam, ac deinde humanam, quasi communem
ex spiritu & corpore cōstitutam. Diabolus enim
& alij Dæmōnes a Deo quidem natura creati sūt
boni, sed ipsi per se facti sunt mali. Homo vero
diaboli suggestione peccauit. Hæc sancta Trini-
tas secundum communem essentiam indiuidua,
& secundum personales proprietates discreta,
primo per Moysen & sanctos Prophetas, aliosq;
famulos suos, iuxta ordinatissimam dispositionē
temporum, doctrinam humano generi tribuit salu-
tarem. Et tandem vnigenitus Dei filius Iesus
Christus, a tota Trinitate communiter incarna-
tus, ex Maria semper virgine Spiritus sancti cōo-
peratione conceptus, verus homo factus, ex ani-
ma rationabili & humana carne compositus, vna
in duabus naturis persona, uiam vitæ manifestius
demonstrauit. Qui cum secundum diuinitatem
sit immortalis & impassibilis, idem ipse secun-

Adum humanitatem factus est mortalis & passibi-
lis. Qui etiā pro salute humani generis, in ligno
crucis passus & mortuus, descendit ad inferos, re-
surrexit a mortuis, & ascendit in celum, sed descē-
dit in anima, & resurrexit in carne, ascenditq; pa-
riter in vtroque, venturus in fine sæculi, iudicatu-
rus viuos, & mortuos, & redditurus singulis secū-
dum opera sua, tam reprobis, quàm electis, qui
omnes cum suis proprijs resurgent corporibus,
quæ nunc gestant, ut recipiant secundum opera
sua, siue bona fuerint, siue mala, illi cum diabolo
penam perpetuam, & isti cum Christo gloriam
sempiternam.

B Tractatur hic de sacramentis ecclesiasticis.

Vna † vero est fidelium vniuersalis Ecclesia,
extra quam nullus omnino saluatur. In qua idem
ipse sacerdos est sacrificium Iesus Christus, cuius
corpus & sanguis in sacramento altaris sub
speciebus panis & vini veraciter continetur, tran-
substantialis pane in corpus, & vino in sangui-
nem, potestate diuina, vt ad perficiendum myste-
rium vnitatis, accipiamus ipsi de suo, quod acce-
pit ipse de nostro. Et hoc vtiq; sacramentum,
nemo potest conficere nisi sacerdos, qui rite fue-
rit ordinatus secundum clauas Ecclesiæ, quas ip-
se concessit Apostolis, eorumq; successoribus Ie-
sus Christus. Sacramentum vero baptismi (quod
ad Dei inuocationem & indiuiduam Trinitatis, vi-
delicet Patris, & Filij, & Spiritus sancti, consecra-
tur in aqua) tam paruulis, quàm adultis in forma
Ecclesiæ a quocunq; rite collatum proficit ad
salutem. Et si post susceptionem baptismi, qui-
quam prolapsus fuerit in peccatum, per veram po-
testem semper penitentiam reparari. Non solum au-
tem virgines & continentes, verum etiam coniu-
gati per rectam fidem & operationem bonam pla-
centes Deo, ad aternam merentur beatitudinem
peruenire.

† Vide extra-
uagantem Bo-
nifacij octa-
ui incip. Vñ
sãdã. & Tur-
recremaram
in summa de
Ecclesiã, li. j.
c. 6. vbi lucu-
lenter probat
catholicam Ec-
clesiã vni-
tam.

A 2 IDEM

† Idem, scilicet Innocentius iij. in eodem concilio generali Lateranen. cap. 2.

*Pater, & filius, & Spiritus sanctus, vera unio-
nes, non collectiua seu similitudinaria sunt una essentia,
substantia, seu natura: quæ substantia non est gene-
ras, nec genita, nec procedens: quia illi actus non at-
tribuuntur substantiæ, sed personis: nec per hoc in Tri-
nitate concluditur quaternitas. Contrarium sentiē-
tes, ut hæretici sunt censendi, nisi ab errore resipi-
scant, & correctioni Apostolicæ sedis se supponant.*

C A P. II.



DAMNAMVS ergo & reprobamus libellum seu tractatum, quem Abbas Ioachim edidit contra magistrum Petrum Lombardum, de unitate, seu essentia Trinitatis, appellans ipsum hæreticum & insanum: pro eo quod in suis dixit sententijs, quoniam quædam summa res est Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, & illa non est generans, neque genita, neque procedens: unde asserit quod ille non tam Trinitatem, quam quaternitatem astruebat in Deo, videlicet tres personas, & illam communem essentiam quasi quartam: manifeste protestans, quod nulla res est, quæ sit Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, nec est essentia, nec substantia, nec natura: quæuis concedat, quod Pater, & Filius, & Spiritus sanctus sunt una essentia, una substantia, unaque natura. Verum unitatem huiusmodi, non veram & propriam, sed quasi collectiuam & similitudinariam esse fateatur, quemadmodum dicuntur multi homines, vnus populus; & multi fideles, vna ecclesia; iuxta illud: Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna: &, Qui adhæret Deo, vnus spiritus est cum illo. Item, Ille qui plantat, & qui rigat, vnum sunt: & Omnes vnum corpus sumus in Christo. Rursus in libro Regum: Populus meus, & populus tuus vnum sunt. Ad hanc autem suam sententiam astruendam, illud potissimum verbum inducit, quod Christus de fidelibus inquit in Euangelio: Volo pater, vt sint vnum in nobis, sicut & nos vnum sumus, vt sint consummati in vnum. Non enim (vt ait) fideles Christi sunt vnum, id est, quædam vna res, quæ communis sit omnibus: sed hoc modo sunt vnum, id est, vna ecclesia: propter catholicæ fidei unitatem: & tandem vnum regnum propter unionem indissolubilis charitatis, quemadmodum in canonica Ioannis Apostoli epistola legitur: Quia tres sunt qui testimoniū dant in cælo, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus: & hi tres vnum sunt. Statimque subiungitur: Et tres sunt, qui testimoniū dant in terra, spiritus, aqua, & sanguis: & hi tres vnum sunt: sicut in quibusdam codicibus inuenitur. Nos, autem sacro approbante cōcilio, credimus & confitemur cum Petro: quod vna quædam summa res est, incomprehensibilis quidem, & ineffabilis, quæ veraciter est Pater, & Filius, & Spiritus sanctus: tres simul personæ, ac sigillatim quælibet earundem: & ideo † in Deo solum-

† lib. 1. sent. dist. 5.

A. 4.

1. Cor. 6.

Ibi .3. & 12.

3. Reg. 21.

Ioan. 17.

1. Ioan. 5.

† al. & ideo

A modo trinitas est, non quaternitas: quia quælibet trium personarum est illa res, videlicet, substantia, essentia, seu natura diuina: quæ sola est vniuersorum principium, præter quod aliud inueniri non potest: & illa res non est generans, neque genita, nec procedens, sed est Pater qui generat: & Filius qui gignitur: & Spiritus sanctus qui procedit: vt distinctiones sint in personis, & vnitas in natura. Licet igitur alius sit Pater, alius Filius, alius Spiritus sanctus: non tamen aliud, sed id quod est Pater, est Filius & Spiritus sanctus idem omnino: vt secundum orthodoxam & catholicam fidem consubstantiales esse credantur. Pater enim ab æterno filium generando, suam substantiam ei dedit: iuxta quod ipse testatur: Pater quod dedit mihi, maius omnibus est. Ac dici non potest, quod partem substantiæ suæ illi dederit, & partem ipse sibi retinuerit: cum substantia patris indissolubilis sit: vt pote simpliciter omnino. Sed nec dici potest, quod Pater in Filium transfulerit suam substantiam generando, quasi sic dederit eam Filio, quod non retinuerit ipsam sibi: alioqui desisset esse substantia. Pater ergo, quod sine vlla diminutione Filius nascendo substantiam patris accepit: & ita Pater & Filius habent eandem substantiam: & sic eadem res est Pater & Filius, nec non & Spiritus sanctus ab utroque procedens. Cum ergo Veritas pro fidelibus suis orat ad Patrem: Volo (inquit) vt ipsi sint vnum in nobis, sicut & nos vnum sumus: hoc nomen, vnum, pro fidelibus quidem accipitur, vt intelligatur vnio charitatis in gratia: pro personis vero diuinis, vt attendatur identitatis vnitas in natura, quemadmodum alibi Veritas ait: Estote perfecti, sicut & pater vester celestis perfectus est, ac si diceret manifestius: Estote perfecti perfectione gratiæ, sicut Pater vester celestis perfectus est perfectione naturæ, vtraque videlicet suo modo, quia inter creatorem & creatum non potest tanta similitudo notari, quin inter eos maior sit dissimilitudo notanda. Si quis igitur sententiam vel doctrinam præfati Ioachim in hac parte defendere vel approbare præsumpserit, tamquam hæreticus ab omnibus euitetur. In nullo tamen propter hoc Florensi monasterio (cuius ipse Ioachim extitit institutor) volumus de rogari, quoniam ibi & regularis est institutio, & obseruantia salutis, maxime cum ipse Ioachim omnia scripta sua nobis assignari mandauerit, Apostolicæ sedis iudicio approbanda, seu etiam corrigenda, dictans epistolam, quam propria manu subscripsit, in qua firmiter confitetur, se illam fidem tenere, quam Romana tenet Ecclesia, quæ (disponente Domino) cunctorum fidelium mater est & magistra. Reprobamus etiam & cōdemnamus peruersissimum dogma in pij Almarici, cuius mentem sic pater mendacijs excæcavit, vt eius doctrina, non tam hæretica censenda sit, quam insana.

in Deo solo modo trinitas non quaternitas reperitur.

Hil. inter de cr. enat.

Ioan. 10.

Ioan. 17.

Marth.

Inquisitorum cum Commentarijs.

COMMENT. I.

DAMNAMVS ergo & reprobamus libellum, seu tractatum, quem Abbas Ioachim edidit contra magistrum Petrum Lombardum. Ad intelligendam hanc decretalem, & glossenata in eam conscripta, breuiter historiam, cuius in ea sit mentio, recensere. Petrus Lombardus, qui vulgo, Sententiarum Magister dicitur, qui floruit circa annos Domini 1140. lib. 1. sentent. dist. 5. iuxta catholicam veritatem asseruit in diuinis tres esse personas inuicem distinctas, Patrem, Filium, & Spiritum sanctum; & naturam diuinam eis communem, qua nec generet nec generetur, nec spirat nec spiretur. Contra hanc sententiam Abbas Ioachim monasterij Florentis, quod est in Calabria, vnde ille fuerat oriundus, libellum edidit anno fere Domini 1195. docens essentiam diuinam generare & generari, spirare & spirari, Petrumque Lombardum ob eam opinionem hereticum appellauit. Hunc Joachimi errorem Innocentius iij. Pont. Max. in generali concilio Lateranensi Romae anno Domini 1215. celebrato, tanquam hereticum condemnauit: sententiamque Petri Lombardi catholice fidei consonam comprobauit. ac tale quidem est decretalis argumentum. Nos autem sacro approbante concilio. Hæreticus retulit Joachimi errorem, & rationes, quibus ille vtebatur: nunc catholicam veritatem explicat, & docet quomodo intelligenda sint auctoritates, quas Ioachim ad suum errorem asserendum inducebat. multa in hunc locum traduntur à Theologis lib. 1. sent. dist. 5. que nos ideo omitimus, quia, vt presari sumus, ad auctoris institutum non spectant. videto Melchiorum Canu lib. 12. c. 7. de locis Theologicis, vers. secunda præceptio.

In nullo tamen propter hoc Florenti monasterio.] Resse admonuit me Illustrissimus Julius Antonius Sanctiorius, Cardinalis sanctæ Senering, vnus ex Inquisitoribus generalibus in tota reipublica Christiana, in vulgatis codicibus hanc locum corruptè legi, ita: Florentino, cum legendum sit, Florentis. Scriptores enim & impressores huius monasterij & ordinis ignari, quia scriptum inuenerunt, Floren. hoc est, Florentis, corrupte extendentes dictionem legerunt, Florentino.

Maxime cum ipse Ioachim omnia scripta sua nobis assignari mandauerit, &c. dicens Epistolam, in qua firmiter confitemur, se illam tenere fidem, quam Romana tenet Ecclesia.] Que hoc loco traduntur, paulo obscuriora sunt, quam vt facile percipi queant. vt ergo huic rescripto lux clarior afferatur, breuiter commemorare oportet quæ de protestatione & obedientia Ioachimi erga Romanam Ecclesiam tanguntur. Rem itaque paulo alius reperens, sciendum est, Abbatem hunc Joachimum Theologia peritiam claruisse temporibus Lucij iij. Pont. Max. ad annos Domini 1181. qui multa molitus est in scripturam sacram commentaria, ac præsertim in Apocalypsim, extatque hodie Epistola Clementis Papæ exhortatoria ad Joachim Abbatem, vt compleat expositionem in librum Apocalypsis, & opus cõcordiæ veteris & noui testamē

Ati inceptum iussu Lucij Papæ iij. & Urbani iij. eius successoris, quæ nunc legitur in eiusdem Abbatis libro concordie noui ac veteris testamenti impresso Venetis anno 1519. in principio. At quia humana fragilitas sæpe homines nutare patitur, & à via veritatis longius deflectere, idem Joachim in Petrum Lombardum, qui vera scripserat de processione, & distinctione diuinarum personarum, inuictus est, sententiam falsam astruens, quam Innocentius iij. in generali concilio condemnauit. statuit tamen ne ob hanc particularis libri cõdemnationem, eius monasterio derogaretur, quia protestatus fuerat Ioachim se tenere fidem Ecclesiæ. ea vero protestatio ita habet.

PROTESTATIO ABBATIS Joachimi.

VNiuersis, quibus litteræ istæ ostensæ fuerint, frater Ioachim dictus, Abbas de Florentina in Domino salutem.

Sicut ex litteris domini Papæ quondam Clementis, quæ apud nos sunt, percipi potest, ex mandato domini Papæ Lucij, & domini Papæ Urbani nifus sum aliqua scriptitalse, & hucusq; quod occurrat ad gloriam Dei scriptitare non desino. Deniq; librum Concordiæ quinq; voluminibus comprehensum, expositionem Apoc. viij. partium titulis insignitum, Psalterium decem chordarum tribus voluminibus incisum, prout Deus melius inspirauit, & facultas ingenij affuit, ad consummationem conduxit; præter alia, quæ in paruis libellis seu contra Iudæos, seu contra Catholicæ fidei aduersarios eomprehendi; Et dum sum in hoc corpore præseruatus ad ædificationem fidelium Christi, & maxime monachorum, dare operam nõ postpono. Quia vero pro angustia temporum nõ potui hucusq; opuscula ipsa, præter librum Concordiæ, Apostolico culmini præsentare, vt ab eo corrigerentur, si qua ibi (quod non abnuo, etsi mihi conficius non sum) occurrerint corrigenda, & incertus est homini numerus dierum suorum, si me contigerit prius egredi ex hac luce, quæ possim sedm quod accepi in mandatis, siquidem ea conditione suscepi dictanda, vt oes quidem libros ei cui datum est omnimode magisterium, præsentarem; Rogo ex parte Dei omnipotentis Coabbates meos, & priores, & ceteros fratres metuentes Deum, & ea qua posse videntur, auctoritate præcipio, quatenus præsens scriptum, aut exëplar habentes secum ac si pro testamento opuscula, quæ hæctenus confecisse videor, & si quid me de nouo vsq; ad diem obitus mei contigerit scriptitare, quam citius poterint collecta omnia, relictis in salua custodia exemplaribus, Apostolico examini repræsentent, recipientes ab eadem sede vice mea correctionem, & exponentes ei meam circa ipsam deuotionem & fidem; & quod ea semper paratus sim, quæ ipsa statuit, vel statuerit, obseruare, nullamque meam opinionem contra eius defendere sanctam fidem, credens ad integrum quæ ipsa credit, & tã in omnibus, quam in doctrina suscipiens correctionem, abiciens quod ipsa abiecit, suscipiens quod susci-

A ; pr

pit ipsa ; credens firmiter non posse portas inferi prauallere aduersus eam; et si ad horam turbati & procellis agitari contingat, non deficere fidē eius vsque ad consummationem seculi.

Hoc scriptū feci ego Ioachim Abbas, & propria manu roboravi anno Dominicæ Incarnationis MCC. & sic me tenere confiteor, sicut in eo continetur.

Illud hic non omiserim, Honorium Papam iij. anno Domini 1221. declarasse, quod per huiusmodi cōdemnationē, de qua in d.c. damnamus, ipse Ioachim non hæreticus, sed propter confessionem & protestationem præfatam catholicus reputetur. Item quod nullum præiudicium monasterijs & personis ordinis Florentis, cuius ipse extitit institutor, factū esseatur. Honorij autem declaratio, ex Registro eiusdē in bibliotheca Vaticana, & bibliotheca item Illustrissimi Iulij Antony Sanktorij Cardinalis sanctæ Seuerinæ, qui nunc successor est eiusdem Abbatis Ioachim in Abbatia, ita habet.

HONORIVS, &c. VINCENINO Archiepiscopo, & Episcopo Bisiniacensi.

EX parte dilectorum filiorum Abbatum, & conuentuum de ordine Floris tam capitū quam membrorum, fuit propositum coram nobis, quod is qui salutem hominum inuidet & quieti, occasione assumpta ex eo quod libellus, quē Abbas Ioachim contra bonæ memoriæ magistrum Petrum Lombardum edidit, in generali fuit concilio condemnatus, contra eos nonnullos tam clericos, quā laicos, prælatos & subditos concitauit, qui v̄ ipsos ab otio contemplationis auertāt, & fures extendentes in laqueum pedibus eorundem, ponant eis scandalum iuxta iter, ipsi obijciunt exprobrando, quod idem Abbas, qui pater, & institutor fuit ordinis eorundem, hæreticus ab ecclesia Dei habetur; Propter quod non solum simplices lactis participes a consortio eiusdem ordinis aduertuntur, sed etiam fortes, qui vti cibo solito ꝑ didicerunt, & ad discretionem boni & mali exercitatos pro consuetudine habent sensus, circa instituta eiusdem ordinis incipiunt fluctuare. Licet igitur prædictus libellus, siue tractatus condemnatus fuerit in concilio memorato; quia tamen idem Ioachim omnia scripta sua Romano mandauit Pontifici assignari, Apostolicæ sedis iudicio approbanda; seu etiam corrigenda, dictans epistolam, cui propria manu subscripsit, in qua firmiter est confessus, se illam fidem tenere, quā Romana tenet ecclesia, quæ (disponente Domino) cunctarum fidelium mater est & magistra. ꝑ. per Apost. Scrip. mandamus, quatenus per totam Calabriam faciatis publicè nuntiari, quod eū virum catholicum reputamus, & regularem obseruantiam, quam instituit, salutarem. eos qui ordini memorato ex hoc detrahere, vel insultare præsumperint, mo. præm. sub. Apost. ob. castigates. Dat. Lateran. xij. Kalen. Ian. anno v. Reprobamus etiam & condemnamus peruersissimum dogma impij Almaricij. Alias Al

† folio: vide tur legendū.

A malrici, in Bononiensi Almaricij, cuius sectatores beatus Thomas par. 1. q. 3. art. 8. Almarianos appellat: fuit autem Almaricus natione Gallus, patria Carnotensis, Lutetia Parisiorum Theologia doctor creatus. floruit anno Domini 1204. de hoc multa Casarius lib. 5. dialogorum. dist. 5. Huius errores damnati quoque sunt in generali Concilio Lateranensi, ea potissimum causa Romæ celebrato, anno Domini 1215. ex chronico summorum Pontificum viginti errores huius Almarici colliguntur. Prateolus lib. 1. de sectis hæreticorum, nouem eius hæreses refert. Vincentius autem in speculo historiali lib. 30. c. 7. sex recenset hæreses, quas refert Eymericus par. 2. q. 7. nu. 3. Hic Almaricus combustus traditur Lutetie anno Domini 1208.

At cum multa huius fuerint hæreses, cur summus Pontifex hic numero singulari dicit, se dogma eius cōdemnare, neq; enim vnum sollem dogma profitebatur? Sed non refert, nam nomen dogmatis generale est, & omnē doctrinam complectens: perinde ergo est, ac si diceret Papasē vniuersam eius doctrinā cōdemnare, quod satis illa indicant verba, quæ sequuntur, videlicet: vt eius doctrinam nō tā hæretica censenda sit, quā insana. cur autem insana vocet, facile intuebitur, qui errores eius legerat, quorū nonnullos etiam recenset B. Antoninus 4. par. tit. 11. cap. 7. §. 2. vers. reprobatur etiam. & Turcremata in summa de Ecclesia. lib. 4. par. 2. c. 35.

Almaricus hæreticus combustus.

DE SVMMATRINITATE ET fide catholica de lib. vi. Decretal.

GREGOR. X. IN GENERALI Concilio Lugdunensi.

Spiritus sanctus aternaliter a patre & filio, tāquam ab vno principio, & vnica spiratione procedit. Ioan. & And.

CAPITVLVM VNICVM.

DE IDELIS ac deuota professione fatemur, quod Spiritus sanctus aternaliter ex Patre, & Filio, nō tanquā ex duobus principijs, sed tanquā ex vno principio, nō duabus spirationibus, sed vnica spiratione, procedit. Hoc professa est hætenus, prædicauit & docuit, hoc firmiter tenet & prædicat, profiteatur & docet sacrosancta Romana ecclesia mater omnium fidelium, & magistra. hoc habet orthodoxorum patrum atque doctorum Latinorum, pariter & Græcorū incommutabilis & vera sententia. Sed quia nonnulli propter irrefragabilis præmissæ veritatis ignorantia, in errores varios sunt prolapsi; Nos huiusmodi erroribus viam præcludere cupientes hoc sacro approbante concilio, damnamus, & reprobamus omnes, qui negare præsumperint aternaliter Spiritum sanctum ex Patre, & Filio, procedere, siue etiam temerario ausu asserere, quod Spiritus sanctus ex Patre, & Filio tanquam ex duobus principijs, & non tanquam ex vno procedat. COM.

spiritum sanctum a filio etiam procedere.

FIDELI ac deuota.] Celebris est decretalis contra errorem potissimum Græcorum qui negant Spiritum sanctum a filio quoque procedere. Tria autem sunt hic fidei dogmata, seu catholice conclusiones. Vna est, Spiritum sanctum pariter procedere à Patre & Filio.

Altera est à Patre & Filio procedere tanquam ab vno principio.

Tertiana est, hanc processionem vnica spiratione, non duabus fieri.

Edictum est hoc decretum in generali Concilio Lugdunensi, sub Greg. x. celebrato anno Domini 1274.

Quantum ad primam assertionem attinet, olim à Nestorianis introductam fuit, Spiritum sanctum non procedere à Filio; quem errorem Theodoricus Nestorianus & plures eius sectatores (inter quos etiam dicitur fuisse Damascenus, vt scribit beatus Thomas par. 1. q. 36. ar. 2. ad 3. argumentum.) tuebantur. Hunc errorem ferre vniuersi Græci postea imbibentes adhuc tenaciter defendunt. fuit autem damnatus iam olim in concilio Ephesino, sub Celestino Papa primo circa annos Domini 428. in quo ita scriptum est: Quamuis enim in sua sit substantia Spiritus eius, & intelligatur in persona proprietatis, iuxta id quod Spiritus est, & non Filius: attamen alienus ab illo non est. nam Spiritus appellatus est veritatis, & veritas Christus est: vnde & ab eo similiter, sicut ex Deo patre procedit. hec ibi. quem etiam articulum multis post seculis adstruxit contra Græcos synodus octaua, vt alibi dictum est: & tenent communiter omnes Patres tam Græci quàm Latini, vt mox dicturi sumus.

Quæ ad secundam catholicam conclusionem attinet videlicet, Patrem & Filium vnum esse principium à quo Spiritus sanctus procedat, idem illi vno ore fatentur, qui cum catholicis fatentur à Filio etiam procedere: quod in primis demonstrat sanctus Augustinus lib. 7. de trinit. & efficaciter sanctus Thomas par. 2. q. 36. ar. 4. Atque eodem modo ostendunt tertiam conclusionem.

Et de materia huius decretalis agunt copiose Magister, & Theologi lib. 1. sent. dist. 11. & seq. sanctus Tho. par. 1. q. 36. & lib. 4. contra Gentiles. ca. 24. & 25. & alij mox referendi.

Hoc habet orthodoxorum Patrum atque Doctorum latinorum, pariter & Græcorum incommutabilis & vera sententia. De Latinis manifestum est, ait enim communiter fatetur ubique Hieronymus, Ambrosius, Gregorius, & sanctus Augustinus ex professo hoc docet multis locis, lib. 15. de trinit. c. 17. & 26. & lib. 5. de trinit. c. 14. & lib. 13. de ciuitate Dei ca. 24. & copiosissime lib. 3. contra Maximinum c. 14. & in Euangelium Ioan. tractatu 99.

De Græcis vero nulla est dubitatio: nam apertissime id ubique tradiderunt Chrysostomus, Cyrillus, Athanasius, Dydimus, & alij, quo magis miseris Græcorum nostri temporis pertinaciam, qui non modo Latinis, quos spernunt, non cōcedunt; sed nec suis in hoc voluit obtemperare. Et contra hunc errorem

A scribit etiam Alfonso Castus lib. 5. aduersus hæreses, verbo, Deus, hæresis 12.

DE SVMMATRINITATE ET fide catholica ex Clementinis.

CLEMENS V. IN CONCILIO Viennensi.

circa annum Dni. 1311.

Fatur concilium, vnicum Dei filium in essentia Dei eternaliter subsistentem, verum corpus humanum assumpsisse de Virgine, & in eo passum, & iam mortuum lancea perforatum; approbans in hoc ordinem, quæ tradidit Euangelista Ioannes. hoc dicit.

C A P. I.



DE DEI catholice fundamentis, præter quod (teste Apostolo) nemo potest aliud oponere, firmiter in hærentes: aperte cum sancta matre Ecclesia confitemur, vnicum Dei filium in his omnibus, in quibus Deus pater existit vnà cum patre eternaliter subsistentem, patres nostræ naturæ simul unitas (ex quibus ipse in se verus Deus existens, fieret verus homo) humanum videlicet corpus passibile, & animam intellectiuam seu rationalem ipsum corpus vere, per se & essentialiter informantem, assumpsisse ex tēpore, in virginili thalamo ad vnitatem suæ hypostasis & personæ. Et quod in hac assumpta natura, ipsum Dei verbum pro omnium operanda salute, non solum affigi cruci, & in ea mori voluit, sed etiam emissio iam spiritu, perforati lancea sustinuit latus suum, vt exinde profluentibus vndis aquæ & sanguinis, formaretur vnica & immaculata ac virgo sancta mater Ecclesia, cōiux Christi. Sicut de latere primi hominis soporati tuæ, sibi in coniugium est formata: vt sic certæ figure

1. Cor. 3.

Gen. 2.

primi & veteris Adæ (qui secundum Apostolum est forma futuri) in nostro nouissimo Adâ, idest Christo, veritas responderet. Hæc est inquam veritas illius pregandis Aquille uallata testimonio, quam propheta vidit Ezechiel animalibus ceteris Euangelis transuolantem, beati Ioannis videlicet Apostoli & Euangelistæ, qui sacramenti huius rem gestam narrans & ordinem in Euangelio suo, dixit: Ad Iesum autem cum venissent, vt viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura, sed vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit sanguis & aqua: & qui vidit, testimonium perhibuit, & verum est testimonium eius: & ille scit, quia vera dicit, vt & vos credatis. Nos igitur ad tam præclarum testimonium, ac sanctorum Patrum & doctorum com-

Rom. 3.

Ezech. i.

Ioan. 19.

munem sententiam Apostolica considerationis (ad quam duntaxat hæc declarare pertinet) acie conuertentes, sacro approbante concilio, declaramus, prædictum Apostolum, & Euangelistam Ioannem, rectum in premisis factæ rei ordinem tenuisse: narrando quod Christo iam mortuo, vnus militum lancea latus eius aperuit.

† Vide Melchiorum Canum li. 7. de locis theologis c. 3. uer. Ad hæc cum de intelligentia.

E vnus militum lancea latus eius aperuit.

Reprobata & heretica indicat doctrinam que h[ab]et substantiam animae rationalis, seu intellectiva vere & per se humani corporis non sit forma. Joa. And.

Porro doctrinam omnem, seu positionem temere asserentem, aut verentem in dubium, quod substantia animae rationalis, seu intellectiva vere ac per se humani corporis non sit forma, velut erroneam, ac veritati catholicae inimicam fidei, praedicto sacro approbante concilio, reprobamus; Definientes, ut cunctis nota sit fidei sinceram veritatem, ac pracludatur uniuersis erroribus aditus ne subintrent, quod quisquis deinceps asserere, defendere, seu tenere pertinaciter praesumpserit, quod anima rationalis seu intellectiva non sit forma corporis humani, per se & essentialiter, tamquam haereticus sit censendus.

Asserens confitendum unum baptismum, sicut unum Deum & unam fidem, approbat opinionem, quae habet per illud conferri etiam paruulis, quo ad habitum informantem gratiam & virtutes. Joa. And.

Ad hoc a baptismum unicum, baptizatos omnes in Christo regenerans, est (sicut unus Deus ac fides unica) ab omnibus fideliter confitendum. Quod celebratum in aqua, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, credimus esse tam adultis, quam paruulis communiter perfectum remedium ad salutem. Verum, quia quantum ad effectum baptismi in paruulis reperiuntur doctores quidam theologi opiniones contrarias habuisse, Quibusdam ex ipsis dicentibus, per virtutem baptismi paruulis, quidem culpam remitti, sed gratiam non conferri. Alijs e contra asserentibus quoddam & culpa eisdem in baptismum remittitur, & virtutes, ac informantem gratiam infunduntur quo ad habitum, etiam non pro illo tempore, quo ad usum. Nos autem attendentes, generalem efficaciam mortis Christi, quae per baptismum applicatur pariter omnibus baptizatis, opinionem secundam, quae dicit tam paruulis, quam adultis conferri in baptismum informantem gratiam & virtutes, tamquam probabiliorem, & dicitis Sanctorum, ac Doctorum modernorum theologiae magis consonam, & concordem, sacro approbante concilio, diximus eligendam.

COMMENT. III.

FIDEI catholicae. In hac Clementinae multa catholicae veritates diffiniuntur ad humanitatem Domini nostri Iesu Christi in primis pertinentes, quibus absurdi quidam & nefandi antiquorum & recentiorum haereticorum errores catholicis dogmatibus contrarij damnantur & conuincuntur.

Hic enim diffinitur, Christum filium Dei Patri aeterno coaeternum contra Arium. Item eum veram de utero virginali assumpsisse naturam humanam; contra Cerdonem, & Apellem, & Manichaeos, & alia haereticorum portenta, qui eandem blasphemiam, professi sunt. Item Christum Dominum vere habuisse humanum corpus passibile, & animam intellectiuam ipsum corpus vere, per se & essentialiter informantem, contra Apollinarem, & eius sectato-

A res. Item in Christo duas esse naturas, diuinam videlicet & humanam, unam tamen solum personam, nempe diuinam, aduersus Nestorium. Item ipsummet Christum filium Dei Dominum nostrum cruci affixum, & in ea mortuum, non autem putatiue, aduersus Basilidem, & alios. Haec inquam, & alia catholica dogmata hac Clementina constituitur, quae ad institutum auctoris in hac prima parte aptissime ac commodantur. Singula declarare longum est, & a nostra breuitate institutoque; alienum, summam tamen haec & sequentia admonuisse sit satis. Interim de erroribus, qui catholicis his dogmatibus opponuntur, vide Emericum infra part. 2. q. 7. & Turcrematam in summa de Ecclesia. lib. 4. par. 2. c. 36. & Alfonso Castrum lib. 4. aduersus haereticos, ver. Christus. haeresi. 1. & multis sequentibus.

B Sed etiam emissio iam spiritu perforari, lancea sustinuit latus suum. Guido Carmelita in summa de haeresibus, titulo de erroribus Peetri Joannis, & sequacium eius, cap. 3. ait, hunc Petrum Joannem sensisse Christum, fuisse lanceatum unum & non mortuum. Idem scribit Emericus infra part. 2. q. 9. n. 2. per. prima haeresis est, quod quando vnus militum vbi recitat plures alios huius hominis errores, & Alfonso Castrum lib. 4. aduersus haereticos verbo Christus. haeresi. 10. Hic error manifestissime conuincitur ex Euangelio Joannis c. 19. & ex hac Clementina, quae locum Euangelistae qualiter intelligi debeat; diuinitus declarat.

C Porro doctrinam omnem. Hanc ipsam catholicam assertionem, quod scilicet anima rationalis, vere, per se, & essentialiter sit humani corporis forma, diffiniuit Leo Decimus in concilio Lateranensi, sessione 8. decreto quodam incipiente: Apostolici regiminis. vbi etiam declaratum extat, animam rationalem seu intellectiuam immortalem esse. eius concilij verba praecitato loco ita habent: Hoc sacro approbante concilio damnamus, & reprobamus omnes asserentes animam intellectiuam mortalem esse, aut vnica in cunctis hominibus, & haec in dubium verentes, cum illa non solum vere, per se, & essentialiter humani corporis forma existat, sicut in canone salicis recordationis Clementis Papae quinti praedecessoris nostri in generali Viennensi concilio edito continetur, verum & immortalis & pro corporum, quibus infunditur, multitudine singulariter multiplicabilis, & multiplicata, & multiplicanda sit. haec tenus ibi.

D Ad hoc, baptismum unicum. hoc accipiendum est de baptismum aquae, qui solus proprie est baptismus, quia solus ipse est sacramentum, vt concludit sanctus Thomas 3. par. quaest. 66. artic. 11. ad 2. arg. & Dominicus Sotus lib. 4. sent. dist. 3. quaest. vnica, art. 11. quod vero loquatur concilium de baptismum aquae, satis indicant illa verba quae mox sequuntur videlicet: quod celebratum in aqua, &c. Et hoc ideo notatur, quia baptismus sanguinis, quod est martyrium, & baptismus flammis, scilicet spiritus sancti non sunt proprie baptizata, vt praecitati docent.

E Verum, quia quantum ad effectum. Et eandem hanc difficultatem Innocentius III. in c. Maio res,

res,

ressextra de baptismo & eius effectu, tamquam rem inter theologos dubiam reliquit. Concilium Viennense hoc loco partem affirmatiuam tamquam probabiliorem sequitur, videlicet, tam paruulis quam adultis in baptismo conferri informantem gratiam & virtutes, quod sanctus Thomas docuerat par. 2. quæst. 69. artic. 4. & 6. quem sequitur & explicat Dominicus Sotus lib. 4. sentent. dist. 6. q. 1. art. 3. & 4.

Cæterum in Concilio Tridentino sessione 6. titulo De iustificatione, Canone 11. de hoc ita scriptum est: Si quis dixerit homines iustificari vel sola imputatione iustitiæ Christi, vel sola peccatorum remissione, exclusa gratia, & charitate, quæ in cordibus eorum per Spiritum sanctum diffundatur atque illis in hæreat, aut etiam gratiam, qua iustificamur, esse tantum fauorem Dei, anathema sit. hætenus concilium. Sed de his vide copiose sanctum Thomam & Sotum præ citatis locis, eundem Sotum lib. 2. de natura & gratia, cap. 17. & 18. & Bartholomæum Medinam, apud sanctum Thomam. 1. 2. q. 5. 1. ar. 4.

EXPOSITIO S. THOMÆ
Super duas primas Decretales.

PROOEMIUM.



ALVATOR, nos ter discipulos ad prædicandum mittens, tria eis iunxit. Primo quidem, ut docerent fidem. Secundo, ut credentes imbuerent sacramentis. Tertio, ut credentes sacramentis imbutos ad obseruandum diuina mandata inducerent. Dicitur enim Matth. vlt. Euntes docete omnes gentes quantum ad primum; baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, quantum ad secundum; docentes eos seruari omnia, quæcumque mandauimus vobis, quantum ad tertium.

Inter quæ tria decenter fidei doctrina præmittitur. Est enim fides omnium bonorum spiritualium fundamentum: secundum illud Apostoli Heb. 11. Est autem fides substantia, id est fundamentum sperandarum rerum. Est enim fides per quam anima viuificatur per gratiam: secundum illud Apostoli Gal. 2. Quod autem nunc viuo in carne: in fide viuo filij Dei. Et Abachuc 2. Iustus ex fide sua viuuit. Ipsa est per quam anima à peccatis purgatur, Act. 17. Fide purificans corda eorum. Ipsa est per quam anima iustitia ornatur, Rom. 3. Iustitia autem Dei per fidem Iesu Christi. Ipsa est per quam anima Deo desponsatur, Osee 2. Sponsabo te mihi in fide. Ipsa est per quam homines in Dei filios adoptantur. Ioan. 1. Dedit eis potestatem filios Dei fieri his qui credunt in nomine eius. Ipsa est per quam acceditur ad Deum, Hebr. 11. Accedentem ad Deum oportet credere. Ipsa denique est, per quam homines æternæ vitæ brauium consequuntur: secundum illud Ioa. 6. Hæc est voluntas patris mei, qui misit me, ut omnis qui videt filium, & credit in eum, habeat vitam æternam.

Conuenienter ergo Christi Vicarius propositurus mandata, quibus Ecclesia per Apostolorum prædicationem fundata pacifice gubernatur, titulum De fide præmittit.

Sed considerandum est, quod cum multi sint articuli fidei, quorum quidam videntur pertinere ad diuinitatem: quidam vero ad humanam naturam quæ filius Dei in unitatem personæ assumpsit; alij vero ad diuinitatis effectum: fundamentum tamen totius fidei est ipsa prima veritas diuinitatis: cum omnia alia ea ratione contineantur sub fide, in quantum ad Deum aliquammodo reduciuntur. Vnde Dominus discipulis dicit Ioan. 14. Creditis in Deum, & in me credite. Per quod datur intelligi, quod in Christum creditur in quantum est Deus: quasi fide principaliter de Deo existente.

Inter ea vero, quæ de Deo fide tenemus, hoc est singulare fidei Christianæ, ut Trinitatem personarum in unitate diuinæ essentia fateamur. Sub hac enim professione Christo per baptismum sumus consignati, ut patet per id quod supra inductum est. Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Alia vero, quæ de Deo asserimus, nobis & alijs cõmunia esse inueniuntur. Pura quod Deus est vnus omnipotens: & si quæ alia de Deo fide tenentur, quæ etiam Iudæi, & Saraceni non disitentur. Vnde ad insinuandum proprium & singulare dogma fidei Christianæ, non prætitulauit fidei tractatum, de Deo, sed, De Trinitate.

Addit autem, Summa, quia diuina Trinitas artem quandam tenet inter plurimas Trinitates ab ea deriuatas.

Deriuatur enim ab illa Trinitate diuina quedam Trinitas in anima nostra: secundum quam ad imaginem Dei semus secundum memoriam, intelligentiam, & voluntatem.

Deriuatur & ab ipsa aliæ Trinitates in singulis creaturis: prout modum quandam, & speciem, & ordinem habent secundum quæ in eis diuinæ Trinitatis quasi quoddam vestigium inuenitur. Vt August. dicit in libro de Trinitate. ad discretionem igitur harum omnium trinitatum, quæ a diuina descendunt, dicitur, De summa Trinitate. Sed de hac Trinitate diuina diuersi hæretici diuersa errantes dixerunt.

Quorum Sabellius abstulit personarum distinctionem, dicens Patris, & Filij, & Spiritus sancti esse vnã essentiam, & vnã personam: sed eos solum differre nominibus.

Arrius vero posuit triũ personarum esse diuersas substantias, si u dignitate & duratione differentes. Quæ omnia & consimilia fides condemnat catholica.

Quia igitur de summa Trinitate & alijs ad fidem pertinentibus, hic tradere intendit quod fides catholica tenet: ideo additur, Et fide Catholica.

Dicitur autem fides Ecclesie catholica, id est vniuersalis: ut Boetius dicit in libro de Trinitate; tum propter vniuersalium præcepta regularum; tum propterea, quia eius cultus per omnes pene mundi terminos emanauit: hæreticorum vero errores sub certis terrarum angulis includuntur.

† S. Thomas 2. 2. q. 1. ar. 1. & lib. 3. sent. dist. 24. art. 1. q. 1.

† De hoc late Magister & doctores lib. 1. sentent. dist. 3.

Lib. 6. & 10.

Habetur to. 17. Opus. 23. & 24.

† Vide concilium Tridentinum sessio. 6. de iustificatione. c. 8. vnde intelliges quomodo hæc de fide testimonia intelligi debeant.

PRIMAE DECRETALIS A
expositio.

In qua tam hereticorum, quam philo-
phorum errores complures
reprobantur.

QUIA de fide sanctae Trinitatis considerandum est, primo oportet scire, quod duplex est actus fidei scilicet corde credere, & ore profiteri, secundum illud Ro. 10. Corde creditur ad iustitiam: ore autem confessio fit ad salutem. Terque autem actus aliquid requirit ad sui perfectionem.

Nam interior actus fidei exigit firmitatem absque omni dubitatione, quae firmitas provenit ex infallibilitate divinae veritatis, cui fides innititur. Unde dicitur Jacob. 1. Postulet autem in fide nihil haesitans. Sed confessio fidei debet esse simplex, id est absque simulatione: secundum illud 1. ad Tim. 1. Finis praecipui est charitas de corde puro, & conscientia bona: & fide non ficta. Debet etiam esse simplex, id est absque erroris permixtione: secundum illud 1. Thess. 2. Exhortatio nostra non fuit de errore. Debet etiam esse absque variatione 2. ad Cor. 1. Sermo noster, qui fuit apud vos, non est in illo est, & non. Quantum ergo ad primum actum fidei dicit, Firmiter credimus. quantum ad secundum dicit, Et simpliciter confitemur.

Ultimo autem considerandum est, quod fidei Christianae articuli a quibusdam duodecim, & a quibusdam quatuordecim computantur.

Secundum illos, qui computant quatuordecim: septem articuli pertinent ad divinitatem: septem vero ad humanitatem.

Illi autem qui ad divinitatem pertinent, sic distinguuntur, ut unus sit articulus de divinae essentiae unitate, qui tangitur in symbolo, cum dicitur, Credo in unum Deum. Secundus est de persona Patris, qui tangitur cum dicitur, Patrem omnipotentem. Tertius est de persona Filii, qui tangitur cum dicitur, Et in Jesum Christum filium eius. Quartus est de persona Spiritus sancti, qui tangitur cum dicitur, Et in Spiritum sanctum. Quintus est de effectu, quo a Deo creamur in esse naturae, qui tangitur cum dicitur, Creatorem caeli & terrae. Sextus est de effectu Dei secundum quod revertimur in esse gratiae, qui tangitur cum dicitur, Sanctam ecclesiam catholicam, sanctorum communionem, & remissionem peccatorum. Quia enim per gratiam Dei in unitate Ecclesiae congregamur, sacramenta communicamus, & remissionem peccatorum consequimur.

Septimus articulus est de effectu Dei, quo perficimur in esse gloriae, & quantum ad corpus, & quantum ad animam: & hic tangitur cum dicitur, Carnis resurrectionem, & vitam eternam.

Articuli vero septem ad incarnationem pertinentes, sic distinguuntur, ut primus sit de Christi conceptione, qui tangitur cum dicitur, Qui conceptus est de Spiritu sancto. Secundus autem est de eius Natiuitate, qui tangitur cum dicitur, Natus ex Maria virgine. Tertius est de eius passione, qui

tangitur cum dicitur, Passus, mortuus, & sepultus. Quartus est de descensu ad inferos, Descendit ad inferos. Quintus est de resurrectione, Tertia die resurrexit a mortuis. Sextus de ascensione, Ascendit ad caelos. Septimus de adventu ad iudicium, In- de venturus est iudicare vivos & mortuos.

Alii vero ponentes duodecim articulos, ponunt unum articulum de tribus personis: & articulum de effectu gloriae dividunt in duos, ut scilicet alius articulus sit de resurrectione carnis, & alius de vita aeterna: Et sic articuli ad divinitatem pertinentes sunt sex. Item conceptionem & natiuitatem Christi sub uno articulo comprehendunt: & sic et articuli de humanitate sunt sex. Unde omnes sunt duodecim.

Primo ergo prosequitur articulum primum de essentiae unitate. Unde primo ponit unitatem diuinae essentiae. Unus solus est verus Deus secundum illud Joa. 17. Ut cognoscant te solum verum Deum, Leuitici 6. Audi Israel Dominus Deus tuus: Deus unus est. Per quod excluditur error gentilium ponentium multos Deos. Deus autem verus, qui est essentialiter & naturaliter, Deus unus est. Dicuntur enim aliqui dii, non veri: sed per adoptionem, vel per participationem diuinitatis: sicut nuncupatione, secundum illud Psal. 81. Ego dixi, dii estis. Dicuntur etiam aliqui dii secundum opinionem errantium secundum illud Psal. 95. Omnes dii Gentium demonia.

Deinde ostendit excellentiam diuinae naturae, sive essentiae, & primo quantum ad hoc, quod non comprehenditur tempore. Quod significatur cum dicitur, Aeternus. Dicitur enim aeternus, quia caret principio & fine, & quia eius esse non variatur per praeteritum, & futurum. Nihil enim ei subtrahitur: nec aliquid ei de nouo venire potest. Unde dicit ad Moysen Exod. 3. Ego sum qui sum: quia scilicet eius esse non nouit praeteritum & futurum: sed semper praesentialiter esse habet. Et Apostolus dicit ad Rom. vlt. Nunc patet factum est per scripturas prophetarum secundum praecceptum aeterni Dei.

Secundo ostenditur, quod eius magnitudo excedit incomparabiliter omnium magnitudinem creaturarum cum dicitur, Immensus. Illud enim mensurari potest per aliquid aliud, quod si excedat in magnitudine, tamen excessus est secundum aliquam proportionem. Sicut binarius mensurat senarium, in quantum ter duo faciunt sex. Senarius autem excedit binarium, secundum proportionem aliquam, secundum quam binarius mensurat senarium, quia est triplum eius. Deus autem excedit magnitudine sua dignitatis omnem creaturam in infinitum: & ideo dicitur immensus, quia nulla est commensuratio, vel proportio alicuius creaturae ad ipsum: unde dicitur in Ias. 47. Magnus Dominus & laudabilis nimis: & magnitudinis eius non est finis. Et Baruch. 3. dicitur, Magnus est, & non habens finem: excelsus, & immensus.

Tertio ostenditur, quod excedit omnem mutabilitatem, cum dicitur, Incommutabilis. quia scilicet nulla est apud ipsum variatio secundum illud Jac. 1. apud quem non est transmutatio, nec vicissitudo obumbratio.

Quarto

† De hoc late idē B. Th. 2. 2. q. 1. ar. 8.

† Hunc errorem de pluralitate Deorum confutat Tertullianus Apologia aduersus Iudaeos, c. 18. & 12. & 13. Laetius, 1. diuinae institutionis, & alij.

Deus autem cur dicitur

Deus immensus.

† De plenitudine eceph. 8. c. 5. & 24.

Deus immutabilis.

Deus omnipotens.

Quarto ostenditur, quod sua potestas transcendit omnia cum dicitur, Omnipotens, quia simpliciter omnia potest, unde ipse dicit Gen. 17. Ego Deus omnipotens. Et si quis obijciat id, quod Apostolus dicit 2. ad Tim. 2. Ille fidelis permanet, negare seipsum non potest, & ita non est omnipotens.

Dicendum, quod negare seipsum est deficere a se: non posse autem deficere, non est ex defectu potentia, sed ex potentia perfectione: sicut etiam apud homines, ex magna fortitudine est quod aliquis vincere non possit. In hoc ergo vere Deus omnipotens ostenditur: quod omnia potest facere, & in nullo potest deficere.

Deus incomprehensibilis.

Quinto ostenditur, quod excedit omnium rationem & intellectum cum dicitur, Incomprehensibilis. Illa enim comprehendere dicimus, quae perfecte cognoscimus quantum cognoscibilia sunt. Nulla autem creatura tantum potest Deum cognoscere, quantum cognoscibilis est: & propter hoc nulla creatura potest eum comprehendere, unde dicitur Job. 11. Forsitan vestigia Dei comprehendes: & usque ad perfectum omnipotentem reperies? quasi dicat, non. & Iere. 33. dicitur: Dominus exercituum nomen tibi, magnus consilio, & incomprehensibilis cogitatu.

Deus ineffabilis.

Sexto ostenditur, quod excedit omnem locutionem cum dicitur, Ineffabilis, quia scilicet nullus potest sufficienter effari laudem ipsius. Unde dicitur Eccl. 41. Exaltate illum quantum potestis. Maior enim est omni laude.

Deinde accedit ad articulum Trinitatis: ponens quidem primo nomina trium personarum, cum dicit, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus. Quae quidem exprimentur Matth. 28. Docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.

Sed circa haec tria nomina diversimode aliqui erraverunt.

† Vide nicenorum li. 4. c. 23. histor. Eccl. & lib. 6. c. 16. & lib. 6. c. 17.

Sabellinus enim dixit, quod Pater, & Filius, & Spiritus sanctus solis nominibus distinguitur: dicens eundem in persona esse, qui quandoque dicitur pater, quandoque filius, quandoque Spiritus sanctus, propter rationes diversas. Et ad hoc excludendum, subditur, Tres quidem personae. Alia est enim persona Patris, alia Filij, alia Spiritus sancti.

† De Arrioplenicidē nicēphorus li. 8. c. 5. 6. 7. 8. & 24.

Arrius vero posuit, quod Pater, & Filius, & Spiritus sanctus sicut sunt diversa nomina: ita sunt diversae substantiae. Et ad excludendum hoc subdit, Sed una substantia. Verum quia substantia secundum usum vocabuli aliter sumitur apud nos, & aliter apud Graecos, ne circa hoc posset fieri aliqua deceptio, subdit, Seu natura: apud Graecos enim hypostasis, id est substantia, accipitur sicut apud nos persona pro re aliqua subsistente, quam dicimus suppositum, vel rem naturae. Sicut hic homo est suppositum, vel res humanae naturae. Apud nos vero, secundum communem usum loquendi, substantia dicitur essentia vel natura rei, secundum quod humanitas dicitur natura hominis. Sic igitur datur intelligi, quod in divinitate tres sunt subsistentes, scilicet Pater, & Filius, & Spiritus sanctus: sed una numero simpliciter natura est, in qua subsistunt: quod in rebus humanis contingere non potest. Petrus

enim & Paulus, & Ioannes, sunt quidem tres subsistentes in natura humana: sed natura humana, etsi sit una specie in istis tribus, non tamen est eadem numero: & ideo tres homines sunt, non unus homo. Quia vero in patre, & filio, & spiritu sancto est una numero divina natura, dicimus quod Pater, & Filius, & Spiritus sanctus sunt unus Deus, & non tres Dei.

Possent autem aliqui prave intelligere unam essentiam trium personarum, ita scilicet, quod una pars illius naturae esset in Patre, alia in Filio, alia in Spiritu sancto: sicut si diceremus unam aquam esse in tribus rivis defluentibus ab uno fonte, ita scilicet quod una pars aquae est in uno rivulo, alia in alio; terra in tertio. Si autem sic esset una natura trium personarum, sequeretur, quod divina natura esset composita ex pluribus partibus. Et ideo ad hoc excludendum subdit, Simplex omnino, id est nullam compositionem habens. Omne enim compositum posterius est his ex quibus componitur. Sic igitur aliquid esset prius Deo: quod est impossibile. Sed posset aliquis quaerere: si trium personarum est una simplex natura, unde ergo tres personae distinguuntur, & ideo ad hoc respondens subdit, Pater a nullo, filius a patre solo, ac Spiritus sanctus pariter ab utroque. Vbi considerandum est, quod quicquid in divinis absolute dicitur, commune est, & unum in tribus personis: sicut quod dicitur Deus bonus, sapiens, & omnia huiusmodi. Ibi enim solū inveniuntur distinctio, ubi aliquid inveniuntur pertinens ad relationem originis: quia scilicet pater a nullo est: & secundum hoc inaccessibilis dicitur. Filius autem dicitur filius: quia a patre est per generationem, secundum illud Psal. 2. Ego hodie genui te: & secundum hoc patri attribuitur paternitas: & filio filiatio. Spiritus autem sanctus ab utroque procedit: & secundum hoc spiritui sancto attribuitur processio: patri vero & filio communis spiratio: quia scilicet communiter spirant spiritum sanctum. Sic igitur quinque sunt notiones, secundum quas distinctiones personarum designantur in divinis, scilicet. Paternitas, quae est constitutiva patris, per quam ostenditur, quod genuit filium: Filiatio, per quam ostenditur, quod filius est a patre: & processio, per quam ostenditur, quod spiritus sanctus est a patre & filio: Inaccessibilitas, per quam dignoscitur, quod pater a nullo est: Communis spiratio, per quam ostenditur, quod pater & filius communiter spirant spiritum sanctum.

Sed rursus posset alieni occurrere falsa cogitatio, ut quia in rebus humanis filius a quodam principio temporis incipiat a patre generari: & generatio eius non semper durat, sed certo termino temporis finitur: sic etiam sit circa originem divinarum personarum, ut scilicet filius ab aliquo tempore inceperit a patre generari, & aliquo tempore eius generatio fuerit finita, & similiter de spiritu sancto: Ideo ad hoc excludendum subdit, Abique initio tempore, ac sine fine, pater generans, filius nascens, & spiritus sanctus procedens.

Cuius exemplum aliquantulum in creaturis inveniri potest, licet imperfectum. Videmus enim quod a sole radius procedit: & statim quando fuit sol, radius

H. ne...
un de...
ate De...
sicut...
llianu...
pologu...
lucif...
s, c. 11...
12. &...
a d'atim...
dionis...
fita. a...
alij.

eus...
ar dicit

eus...
s.

eus...
utabilis

dius processit ab eo, nec vnquam desinet radius ab eo procedere quandiu sol erit. Sic enim filius procedit à patre, vt radius à sole. Vnde dicit Apostolus Hebr. 1. Qui cum sit splendor gloriæ. Spiritus autem sanctus ab vtroque procedit sicut calor à sole & radio. Vnde dicitur in Psalm. 8. Nec est qui se abscondat à calore eius. Sed hoc exemplum deficit quantum ad hoc, quod sol non semper fuit: & ideo nec radius eius semper ab eo processit, quia vero Deus pater semper fuit, semper ab eo processit filius: & ab vtroque spiritus sanctus.

Potest & aliud exemplum poni in anima humana, in qua verbum interius conceptum à memoria procedit: & ab vtroque procedit amor. Et ita etiam à patre procedit filius, sicut verbum eius: & spiritus sanctus, sicut amor communis vtriusque. Sed hoc exemplum deficit in duobus. Primo quidem, quia intellectus humanus non semper fuit. Secundo, quia non semper verbum in corde suo actualiter concipit. Sed intellectus diuinus semper fuit, & semper absque intermissione intelligit. Vnde semper in eo oritur verbum, quod est filius. & procedit amor qui est spiritus sanctus. Quia vero hæretici Ariani filium patri postponebant, & spiritum sanctum vtrique: ideo hoc consequenter excludit. Est autem considerandum, quod Ariani postponebant filium patri. Primo quidem quantum ad essentiam, dicentes, quod essentia patris est dignior quam essentia filij: Et ad hoc excludendum, subdit. Consubstantialia. quia scilicet essentia patris & filij vna est: & in nullo differens. Secundo vero quantum ad magnitudinem, (non quod in Deo sit magnitudo molis sed magnitudo virtutis, quæ est perfectio bonitatis suæ) Dicebant enim patrem esse filio maiorem, etiam secundum diuinitatem. Et ad hoc excludendum subdit, Coæquales. Secundum humanitatem vero Dominus dicit. Ioan. 14. Pater maior me est. Tertio quantum ad potestatem dicentes filium non esse omnipotentem. Et ad hoc excludendum subditur, Et coomnipotentes. Quarto quantum ad durationem, quia dicebant filium non semper fuisse. Et ad hoc excludendum subdit, Coæterni. Quinto quantum ad operationem. Dicebant enim, quod pater operatur per filium sicut per instrumentum suum, vel sicut per ministrum. Sed ad hoc excludendum, subdit: Vnum vniuersorum principium. Non enim filius est aliud principium rerum, quasi inferiorius quam pater: sed ambo sunt vnum principium: & quod dictum est de filio, dictum est etiam de spiritu sancto.

Deinde accedit ad alium articulum, qui est de creatione rerum, vbi varias opiniones excludit.

¶ Nicephorus lib. 6. historiarum Ecclesiasticarum c. 31 & Eusebius lib. 7. ca. 25. Fuerunt enim aliqui hæretici, sicut Manichei, qui posuerunt duos creatores, vnum bonum, qui creauit creaturas inuisibiles, & spirituales; alium malum, quem dicunt creasse omnia hæc visibilia, & corporalia. Fides autem catholica consistit, omnia præter Deum tam visibilia quam inuisibilia à Deo esse creata. Vnde Paulus dicit Act. 17. Deus qui fecit mundum, & omnia quæ in eo sunt; hic celi & terræ cum sit Dominus, & c. Et Heb. 11. Fidem credimus aptata esse secula verbo Dei, vt ex inuisi-

bilibus visibilia fierent. Vnde ad hunc errorem excludendum dicit, Creator omnium visibilium & inuisibilium, spiritualium & corporalium.

Alius error fuit ponentium, Deum quidem esse primum principium productionis rerum: sed tamen non immediate omnia creasse, sed mediatis angelis mundum hunc esse creatum. Et hic fuit error Meandrianorum: & ad hunc errorem excludendum subdit, Qui sua omnipotentis uirtute; quia scilicet sola Dei uirtute omnes creaturæ sunt productæ. secundum illud Psalm. 31. Ideo celos tuos, opera digitorum tuorum.

Alius fuit error Origenis, qui ponentis, quod Deus à principio creauit solas spirituales creaturas, & postea quibusdam earum peccantibus, creauit corpora, quasi quibusdam vinculis spirituales substantiæ aligerentur: ac si corporales creaturæ non fuerint, ex principali Dei intentione productæ, quia boni essent eas esse, sed solum ad puniendum peccatum spirituum creaturarum, cum tamen dicatur Gen. 1. Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. Vnde ad hoc excludendum dicit, Simul ab initio temporis vtramque de nihilo condidit creaturam, spirituales & corporales, angelicam videlicet & mundanam.

Alius error fuit Aristotelis, qui ponentis quidem omnia à Deo producta esse, sed ab æterno: & nullum fuisse principium temporis. Cum tamen scriptum sit Gen. 1. In principio creauit Deus celum & terram. & ad hoc excludendum addit, Ab initio temporis.

Alius error fuit Anaxagoræ, qui posuit quidem mundum à Deo factum ex aliquo principio temporis: sed tamen materiam mundi ab æterno præexistisse, & non esse eam factam à Deo, cum tamen Apostolus dicat Rom. 4. Qui viuificat mortuos, & vocat ea quæ non sunt tamquam ea quæ sunt. Et ad hoc excludendum addit, De nihilo.

Fuit autem alius error Tertulliani, qui ponentis animam hominis corpoream esse, cum tamen Apostolus dicat 1. ad Thessal. 5. Ipse autem Deus pacis sanctificet vos per omnia; vt integer spiritus vester, & anima & corpus sine querela in aduentu Domini nostri Iesu Christi seruetur. Vbi manifeste à corpore animam & spiritum distinguit. Et ad hoc excludendum subdit, Ac deinde, scilicet condidit Deus humanam, scilicet naturam, quasi communem, scilicet, ex spiritu & corpore institutam. Componitur enim homo ex spirituali natura & corporali.

Secundum autem prædictum Manicheorum errorem ponentium duo principia, vnum bonum, & vnum malum; non solum attendebatur distinctio quantum ad creationem creaturarum visibilium & inuisibilium, vt scilicet inuisibilia sint à bono Deo, visibilia à malo; sed etiam quantum ad ipsa inuisibilia. Ponent enim primum principium esse inuisibile, & ab eo quasdam inuisibiles creaturas esse productas: quas dicebant esse naturaliter malas: & sic in ipsi angelis erant quidem naturaliter boni ad boni Dei creationem pertinentes, qui peccare non poterant: quidam naturaliter malis quos demones vocamus, qui non poterant non peccare: contra id quod dicitur

† Nicephorus lib. 1.

† B. Hieronymus episcopus lib. 65. incipit schedula reolus lib. de virtutibus & hęc rerum ca.

† De tribus articulis & philosophorum agitur fra p. 14.

† Niciphorus lib. 1.

† Vincentius Lirinensis in opus hęc nouationes & Niciphorus lib. 1.

† Ideo mas tra g. cap. 55. & q. 1. a. & 6.

dicitur Job. 4. Ecce qui seruiunt ei, non sunt stabiles: & in angelis suis reperit prauitatem. Similiter & circa animas hominum errabant dicentes, quasdam esse bonae creationis, quae naturaliter bonum faciunt; quasdam autem mala creationis, quae naturaliter faciunt malum, contra id quod dicitur Eccl. 7. Deus fecit hominem rectum, & ipse immiscuit se infinitis questionibus: & ideo ad hoc excludendum dicit: Diabolus enim, scilicet principaliter, & alij demones à Deo quidem natura creati sunt boni, sed ipsi per se facti sunt mali, scilicet per liberum voluntatis arbitrium: Homo vero diaboli suggestionem peccauit, idest non naturaliter, sed propria voluntate.

Deinde accedit ad articulum Incarnationis: & quia Euangelium Christi, sicut dicit Apostolus Rom. 1. Deus ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis: ideo praemittit de praua uisione prophetarum.

Circa quam errauerunt multi. Nam Manichaei & alij haeretici, uetus testamentum dixerunt non a bono Deo, qui est pater Christi: sed à malo Deo esse traditum, & per consequens doctrinam ueteris testamenti semper fuisse mortiferam. Quod manifestè falsum ostenditur per hoc quod Dominus dicit Ioan. 2. Loquens de templo Iudaeorum: Nolite facere domum patris mei domum uaniloquationis. Ubi manifeste patrem suum dicit Deum ueteris testamenti, qui in templo Iudaeorum colebatur.

Arriani uero dixerunt in ueteri testamento diuersis uisionibus filium apparuisse: non autem patrem, quod manifestè falsum ostenditur ex hoc, quod Abrahæ in figuram trinitatis tres uiri apparuerunt, ut legitur Gen. 18.

Cataphryges & etiam posuerunt prophetas ueteris testamenti quasi arreptitios esse locutos, non intelligentes quae loquebantur, contra id quod dicitur Danielis 10. Intelligentia opus est in uisione.

Ad hos igitur errores excludendos dicit, quod Haec sancta Trinitas, de qua dictum est, quae scilicet est, secundum communem essentiam indiuidua, & secundum proprietates personales discreta per Moysen & sanctos prophetas, aliosque famulos suos, ubi uidetur distinguere uetus testamentum, scilicet in legem, quae per Moysen data est, & prophetas, sicut fuit Isaias, Ieremias, &c. & in eos qui agiographa conscripserunt, sicut fuit Salomon, Iob, & alij huiusmodi, quos famulos Dei hic nominat. Secundum quam distinctionem Dominus dicit Lucae ult. Oportet impleri omnia quae scripta sunt in lege, & in Prophetis, & in Psalmis de me.

Iuxta ordinatissimam dispositionem temporum, quod ponitur ad excludendum errorem & Gentilium, qui irridebat fidem Christianam ex hoc quod post multa tempora quasi subito, Deo in mentem uenerit legem Euangelij hominibus dare; non autem fuit subitum, sed conuenienti ordinatione dispositum, ut prius humano generi per legem & prophetas fieret pronuntiatio de Christo tanquam hominibus tunc paruulis, & minus eruditis, secundum illud Gala. 3. Lex paedagogus noster fuit in Christo,

A & hoc est quod dicit, quod iuxta ordinatissimam dispositionem temporum, doctrinam humano generi tribuit salutarem, non mortiferam, ut Manichaei dicebant.

His igitur praemissis, accedit ad ipsum Incarnationis mysterium explicandum, in quo etiam diuersos errores excludit.

Ubi primo sciendum est, quod Sabelliani, confundentes diuinas personas, concedebant patrem esse incarnatum: quia dicebant, eundem in persona esse patrem & filium. E contrario autem Arriani diuidentes substantiam diuinitatis ex hoc quod filius est incarnatus, & non pater, uolebant concludere aliam esse essentiam patris, & aliam filij, & aliam operationem utriusque. Fides autem catholica media uia inter utramque incedens propter distinctionem personarum, dicit filium solum esse incarnatum, est enim facta incarnatio per unionem in persona, non in natura, ut infra dicitur, propter unitatem autem naturae & operationis in tribus personis dicit Trinitatem totam operatam fuisse incarnationem: & hoc est quod dicit, Et tandem unigenitus Dei filius Iesus Christus à tota Trinitate comunitur incarnatus.

Fuit etiam error Eluidij, qui posuit Mariam quidem concepisse uirginem, & peperisse: sed post partum non semper uirginem permanuisse: sed ex Ioseph postmodum alios filios genuisse. Et ad hoc excludendum; dicit, Ex Maria semper uirgine. Alij uero scilicet Ebionitae & grauius errauerunt, dicentes Christum ex Ioseph semine esse conceptum. Et ad hoc excludendum subditur, Spiritus sancti cooperatione conceptus. Fuerunt autem alij, scilicet Manichaei, qui dixerunt, Christum non ueram carnem accepisse: sed phantasticam, contra id quod Dominus discipulis post resurrectionem existimantibus, eum phantasma esse, dixit Lucae ult. Spiritus carnem & ossa non habet sicut me uidetis habere. Ad hoc excludendum dicit, Verus homo factus.

Arriani uero dixerunt, quod filius Dei assumpsit solum carnem sine anima: & quod uerbu fuit carni loco anima.

Sed postea Appollinarista & dixerunt eum habere animam sensitiuam tantum, contra id quod dicitur Matthaei 26. Tristis est anima mea usque ad mortem. & Ioan. 10. Potestatem habeo ponendi animam meam: & ideo ad hoc excludendum dicit, Ex anima rationali.

Alij uero, scilicet sequaces Valentini, posuerunt corpus Christi non esse assumptum de uirgine: sed de caelo allatum, contra id quod dicitur ad Gal. 4. Factum ex muliere. Ad Rom. 1. Qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem. Et ad hoc excludendum dicit, Et humana carne compositus.

Circa autem ipsam unionem contrarie errauerunt Nestorius & Eutyches. Quorum Nestorius posuit unionem esse factam solum secundum inhabitationem gratiae: sicut etiam in alijs sanctis Deus dicitur esse per inhabitatam gratiam, ut sic Dei & hominis sit alia & alia persona, contra id quod dicitur Ioan. 1. Verbu caro factum est, idest filius Dei factus

† Prateolus lib. 5. cap. 8. de sectis haereticorum.

† Nicephorus lib. 3. ca. 13. historiae Eccle.

† Historia Ecclesiastica Tripatrica lib. 5. ca. 44.

† Prateolus lib. 19. de sectis haereticorum, ca. 4.

† Nicephorus lib. 14. c. 31.

† Nicetas lib. 1. ca. 1. B. Hieronimus episcopus lib. 6. 5. iniqui...

De em... us An... is & de... philoso... um agi... merici... ra p. 144

† Nicephorus lib. 4. ca. 21. Prateolus lib. 3. c. 10. de sectis haereticorum.

Vicentius principis... erlus p... as hae... uatione... & Nicetas lib. 4. ca. 4.

† Idem Thomae masli. 4. contra gentiles cap. 53. 54. & 55. & 3. part. q. 1. artic. 5. & 6.

factus est homo: quod non potest dici de alijs, quos per gratiam inhabitat. Euryches vero posuit, quod facta est unio Dei & hominis in vna naturam: ita scilicet, quod Christum asserbat esse ex duabus naturis, non autem in duabus: quia scilicet intendebat quod ante incarnationem erant due nature, Dei & hominis, sed post incarnationem facta est vna natura: vnde ad vtrumque excludendum dicit, Vna in duabus naturis persona. vnam vitam manifestius demonstravit.

† Præceolus de lectis hæreticorum, lib. 7. c. 1.

Fuerunt enim quidem Eurychis sectatores, scilicet † Theodorus & Gaius qui ponentes vnam naturam in Christo quasi ex diuinitate & humanitate confectam, diuersimode errauerunt. Nam Theodorus posuit illam naturam esse corruptibilem & passibilem: Gaius autem incorruptibilem & impassibilem: & ad hos errores excludendos dicit, Qui cum secundum diuinitatem sit immortalis & impassibilis, idem ipse secundum humanitatem factus est mortalis & passibilis.

Deinde accedit ad articulum passionis dicens, Qui etiã pro salute humani generis in ligno crucis passus & mortuus.

Post quem ponit articulum de descensu ad inferos dicens, Descendit ad inferos.

Postea vero ponit articulum de resurrectione Christi dicens, Resurrexit à mortuis.

Ac deinde ponit articulum de ascensione dicens, Et ascendit in cælum.

Sed notandum est, quod horum articulorum veritatem prædictus Arrij & Appollinaris error salua re non potest. Si enim Christus animam non habuit, sed verbum fuit carni loco animæ, & in morte separatum fuit à carne: consequens est, quod illud quod carni conuenit, de filio Dei dici non possit, vnde non potest dici, quod filius Dei iacuit in sepulchro, vel quod à mortuis resurrexit. Similiter etiam dici non poterit, quod ad inferos descendit: quia diuinitati secundum seipsam cum sit omnino immobilis, ascendere vel descendere conuenire non potest. Et ideo ad excludendum prædictum errorem, prædictorum articulorum veritatem explicat subdicens, Sed descendit in anima, & resurrexit in carne, ascenditque pariter in vtroque. in morte enim Christi anima est separata à carne, sed diuinitas indiuisibiliter vtrique, scilicet animæ & carni mansit vnita. Vnde cum anima Christi descenderit ad inferos, dicitur filius Dei descendisse secundum animam sibi vnitam. Similiter etiam cum caro Christi, quæ in morte quodammodo ceciderat, resurrexit ad vitam, dicitur filius Dei, qui secundum diuinam naturam mori non poterat, secundum carnem resurrexisse, per hoc quod caro iterato animam resumpsit: & sic secundum vtrumque, id est secundum animam & corpus ascendit in cælum.

Deinde ponit articulum de aduentu ad iudicium dicens, Venturus in fine sæculi iudicaturus viuos & mortuos.

Dicit autem viuos eos, qui reperientur viui in aduentu iudicis, mortuos autem eos qui ante fuerunt præmortui. Quod non est sic intelligendum quasi aliqui sint futuri, qui non moriantur: sed quia

A in ipso aduentu iudicis morientur, & statim resurgent. Vel viuos & mortuos intelligere spiritualiter possumus, id est iustos & peccatores. Et quia aliqui fuerint ponentes, quod in finali iudicio aliqui saluabuntur non proprijs meritis, sed precibus aliquorum Sanctorum donati; ideo ad hoc excludendum subdit, Et redditurus singulis secundum opera sua, tam reprobis quam electis.

Deinde ponit articulum resurrectionis generalis, quæ pertinet ad effectum glorie dicens, Qui ornes, tam reprobi quam electi, cum suis proprijs resurgent ex corporibus, quæ nunc gestant. Quod ponitur ad excludendum quorundam hæreticorum errorem, qui dicunt, quod resurgentes non habebunt eadem corpora, quæ nunc per mortem deponunt; sed quedam corpora de cælis allata. Quod est contra illud Apostoli 1. ad Cor. 15. Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem.

Consequenter autem assignat causam resurrectionis corporum, cum dicit, Ut recipiant secundum opera sua, siue bona fuerint, siue mala. Quia enim homo aut bene aut male operatus est in anima simul & corpore, iustum est vt in vtroque damnetur aut præmieretur.

Et quia Origenes posuit, quod poena damnatorum non erit perpetua, similiter nec gloria beatorum: ideo ad hoc excludendum dicit, Illi cum diabolo poenam perpetuam, & isti cum Christo gloriam sempiternam. Sicut enim inuidia diaboli mors intravit in orbem terrarum, vt dicitur Sap. 2. ita per gratiam Christi repa amur ad vitam, secundum illud Ioan. 10. Ego veni vt vitam habeant: & abundantius habeant.

Deinde accedit ad articulum, qui est de effectu gratiæ. Et primo tangit effectum gratiæ quantum ad Ecclesiæ vnitatem, cum dicit, Vna est fidelium vniuersalis Ecclesia, extra quam nullus saluatur omnino. Vnit as autem Ecclesiæ est præcipue propter fidei vnitatem. Nam Ecclesia nihil est aliud quam aggregatio fidelium: & quia sine fide impossibile est placere Deo: ideo extra Ecclesiam nulli patet locus salutis. Salus autem fidelium consummatur per Ecclesiæ sacramenta, in quibus virtus passionis Christi operatur. Et ideo consequenter exponit: quid fides catholica sentiat circa Ecclesiæ sacramenta.

Et primo circa Eucharistiam cum dicit: In qua scilicet Ecclesia, ipse idem Christus est sacerdos & sacrificium: quia scilicet ipse obtulit seipsum in ara crucis oblationem & hostiam Deo in odorem suauitatis, vt dicitur ad Eph. 5. In cuius sacrificij commemoratione quotidie in Ecclesia offertur sacrificij sub specie panis & vini.

E Circa quod sacrificium tria determinat: primo quidem veritatem rei sub sacramento contentæ, cū dicit, Cuius corpus & sanguis in sacramento altaris, sub speciebus panis & vini veraciter continentur. Dicit autem, veraciter, ad excludendum errorem quorundam, qui dixerunt quod in hoc sacramento non est corpus Christi secundum rei veritatem: sed solum secundum figuram, siue sicut in signo: dicit autem, Sub speciebus panis & vini, ad exclu-

† Vide eorum Titulum Tertium sanctissimum Eucharistiæ sacramentum c. 1. & 4. non 1. &

excludendū errorem quorundam, qui dixerunt, quod in sacramento altaris simul continerentur substantia panis, & substantia corporis Christi, quod est contra verbum Domini dicens: Hoc est corpus meū. Esset enim secundum hoc dicendum magis: Hic est corpus meum. Vt ergo ostendat, quod in hoc sacramento nō remanet substantia panis & vini, sed solum species id est accidentia sine subiecto: dicit, Sub speciebus panis & vini.

Secūdo ostēdit, quomodo corpus Christi incipiat esse sub sacramento, scilicet per hoc quod substantia panis conuertitur miraculose in substantiā corporis Christi, & substantia vini in substantiā sanguinis: & hoc est quod dicit, Trāsubstantiatis pane in corpus, & vino in sanguinem potestāte diuina ad mysterium perficiendū vnitatis, id est ad celebrandum hoc sacramentum, quod est signum Ecclesiāstici & vnitatis. Accipiamus igitur ipsi de suo, quod ipse accepit de nostro. In hoc enim sacramento accipimus de corpore & sanguine Christi, quę filius Dei accepit de nostra natura.

Tertio determinat ministrum huius sacramenti, in quo etiam tangit ordinis sacramentum. Et hoc est quod dicit, Et hoc vtiq; sacramentum nemo potest cōficere nisi rite fuerit Sacerdos ordinatus.

Quod est contra heresim Pauperum Lugdunensium, qui dicunt quemlibet hominem istud sacramentum posse cōficere. Adit autem; Secundum clauas Ecclesię, quas ipse concessit Apostolis, & eorum successoribus Iesus Christus. Quod dupliciter potest intelligi, vel quia sacerdos rite ordinatus clauas Ecclesię suscepit: vel quia secundum potestatem clauium sacerdotalis ordo confertur. Sunt autem clauas Ecclesię auctoritas discernendi, & potestas indicandi.

Deinde accedit ad sacramentum baptismi: circa quod primo tangit formam cum dicit, Sacramentum vero baptismi, quod ad inuocationem indiuiduę Trinitatis, videlicet, Patris, & Filij, & Spiritus sancti.

Hęc est enim forma baptismi: Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, vt traditur Matth. vii. Secundo ponitur materia cum dicitur, Consecratum in aqua. Non enim in alio liquore potest hoc sacramentū p̄fici, nisi in vera aqua.

Tertio ostenditur quibus sit conferendum hoc sacramentum, cum dicit, Tam paruulis, quam adultis. Quod ponitur ad excludendum errorem Pelagianorum; qui dicebant paruulos non habere peccatū originale, propter quod oporteat eos abluī per baptismum. Quarto tangit ministrum huius sacramenti, cū dicit, In forma Ecclesię a quocunq; rite collatū proficit ad salutem. Quod est contra errorem Donatistarū, qui baptizatos ab hereticis dicebant non suscipere verum baptismum, sed esse rebaptizandos. Fides autem catholica recognoscit esse verū baptismum a quocunq; fuerit collatum in forma Ecclesię supradicta.

Deinde accedit ad sacramentum penitentię, dicens: Si post susceptionem baptismi quisquam prolapsus fuerit in peccatum, per veram penitentiam semper potest reparari. Quod ponitur

A ad excludendum errorem Nouatianorum, qui dicebant quod peccantes post baptismum non possunt reparari per penitentiam. Deinde accedit ad sacramentum matrimonij, dicens, Non solum autem virgines & continentes: verum etiam coniugati per fidem rectam & operationem bonam placentes Deo ad eternam merentur beatitudinem peruenire. Quod ponitur ad excludendum errorem Tatianorum & Manichæorum, qui nuptias dāna bant.

De alijs autem sacramentis mentionem nō facit: quia circa ea non fuit specialiter erratum.

† Beatus Cyprianus lib. 2. epistolarum epistola 8.

† Eusebius lib. 4. c. 27. historia cec.

B EIVSDEM SANCTI THOMAE. Expositio super secundam Decretalem.

D Amnamus ergo & reprobamus,] Exposita forma catholice fidei in precedentibus, in hac decretali damnatur error Ioaachim & reprobare volentis doctrinam magistri Petri Lombardi circa vnitatem diuine essentia, & Trinitatem personarum. Et vt vtriusque intentio plenius videatur, accipiendum est, id quod in precedenti est dictum: quod scilicet sancta Trinitas, secundum communē essentiam est indiuidua, & secundum proprietates personales discreta: vt enim supra expositum est, persona patris non distinguitur a persona filij nisi paternitate, & filius distinguitur a patre filiatione: in quantum scilicet pater genuit filium, & filius genitus est a patre, & similiter spiritus sanctus distinguitur a patre & filio, in quantum procedit ab vtroque.

Persona igitur in diuinis distinguitur, in quātiū persona generat, vel generatur, vel procedit. Si ergo essentia diuina generat, vel procedit, consequens est, quod distinguatur in tribus personis: & quod sicut est alia persona patris, alia filij, alia spiritus sancti: ita etiam sit eorum alia & alia substantia, vel essentia. Quod in Arrio damnauit Nicæna synodus, asserens filium hominifilio patri, id est coessentialē & consubstantialē. Quod magister Petrus sequens docuit, quod vna est essentia, vel substantia communis patri, & filij & spiritus sancti, quæ nec generat nec generatur, nec procedit: vt sit penitus indistincta, vt patet in quinta distinctione primi sententiarum eius. Ioaachim autem Abbas Florēsis monasterij, non bene capiens verba magistri pre dicti, vt pote in subtilibus fidei dogmatibus rudis, pre dictam magistri Petri doctrinam hereticam reputauit: imponens ei, quod quaternitatem induceret in diuinis ponens tres personas, & communem essentiam: quā credebat sic poni a Magistro Petro, quasi aliquid distinctum a tribus personis: vt sic possit dici quasi quartū. Credebat enim quod ex hoc ipso, quod dicitur, essentia diuina nec est generans, nec genita nec procedēs, distinguatur a patre qui generat: & filio qui generatur: & a spiritu sancto qui procedit. Et ideo ipse Ioaachi prestatum, & in diuinis nō est aliqua res vna, quæ sit pater, & filius, & spiritus sanctus: siue illa res vna dicatur substantia, siue essentia,

† Vide commentarium primum primæ partis Dilectorii.

† Hymericus infr. par. 2. q. 14. & Guido Carmelita in summa de hęc Ecclesię, quas ipse concessit Apostolis, & eorum successoribus Iesus Christus. Quod dupliciter potest intelligi, vel quia sacerdos rite ordinatus clauas Ecclesię suscepit: vel quia secundum potestatem clauium sacerdotalis ordo confertur. Sunt autem clauas Ecclesię auctoritas discernendi, & potestas indicandi.

† Augustinus in lib. de hereticis. c. 83

† Præcelsus li. 4. de sectis hereticorum c. 14.

† Vide commentarium in summa de hęc Ecclesię, quas ipse concessit Apostolis, & eorum successoribus Iesus Christus. Quod dupliciter potest intelligi, vel quia sacerdos rite ordinatus clauas Ecclesię suscepit: vel quia secundum potestatem clauium sacerdotalis ordo confertur. Sunt autem clauas Ecclesię auctoritas discernendi, & potestas indicandi.

essentia, siue natura: his enim tribus nominibus idem intelligimus.

Sed ne videretur totaliter à fide Nicæna synodi recedere, concedebat, q̄ Pater, & Filius, & Spiritus sanctus sunt vna essentia, vna substantia, vna natura, quasi vna essentia possit predicari de tribus personis: vt dicamus, tres persone sunt vna essentia non autem e conuerso: vt dicatur, vna essentia est tres persone. Sed in hoc ipso, quod concedebat tres personas esse vnā essentiam, vel substantiam, vel naturam, nō habebat sanum intellectum. Nō enim ponebat vnitatem essentia triū personarum esse veram, realem & simplicem: sed quasi similitudinariam & collectiuam, id est, quasi ex pluribus cōgregatam: sicut multi homines dicuntur vnus populus: & multi fideles dicuntur vna ecclesia, secundum illud Act. 4. Multitudinis credentium erat cor vnū & anima vna: & secundum illud Apostoli primæ ad Cor. 6. Qui adhaeret Deo, vnus Spiritus est, scilicet cum ipso: & primæ ad Cor. 3. Qui plantat, & qui rigat, vnū sunt. Præterea primæ ad Cor. 12. & ad Romanos 12. Multi vnū corpus sumus in Christo: & 3. Regum 22. dixit Iosaphat rex Iuda ad regem Israel. Populus meus & populus tuus vnum sunt. In quibus omnibus significatur vnitatis collectiua, & non vera & simplex. Quod autem secundū hunc modum diceretur esse vna substantia, vel essentia, vel natura trium personarum, probare nitentur quibusdam auctoritatibus. Dicitur enim Io. 17. quod Dominus pro fidelibus suis patre exorans inter cetera dixit: volo pater vt sint, scilicet fideles mei, vnum in nobis, id est in me & in te perfectam & charitatem, sicut & nos vnū sumus: & tandem in patria sint consummati in vnum. Ex quo sic arguebat. Fideles Christi non sic sunt virum, vt sit aliqua vna res, quæ communis sit omnibus: sed sunt quodammodo vnum collectione, id est vna ecclesia propter vnitatem catholicam fidei: & tandem erunt in patria vnum regnum, propter vnitatem indissolubilis charitatis, quia charitas via dissolui potest per peccatum: charitas autem patrie indissolubilis est.

Inducebat enim ad suam opinionis assertionem q̄ dicitur 1. Ioan. vbi. Tres sunt qui testimonium dant in cælo: Pater verbum, & Spiritus sanctus: Pater quidem cum dixit, Hic est filius meus dilectus: & hoc in baptismo, vt dicitur Matth. 3. & in transfignatione, vt habetur Matth. 17. Filius vero dedit testimonium fidei Christianæ per doctrinam et miracula. Unde dicit Ioan. 8. Ego sum qui testimonium perhibeo de me ipso: & testimonium perhibet de me qui misit me pater: Spiritus sanctus testimonium perhibuit in specie columba super Christum apprensus in baptismo: & per aduentum suum in discipulos Christi: & ad insinuandam vnitatem triū personarum, subditur, Et hi tres vnum sunt: quod quidem dicitur propter essentia vnitatem. Sed hæc Ioachim peruerse trahere volens ad vnitatem charitatis & consensus, inducebat consequentem auctoritatem. Nam subditur ibidem, & tres sunt qui testimonium dant in terra, scilicet spiritus, aqua, & sanguis. In quibusdā libris additur: & hi tres vnū sunt. Sed hoc in veris exemplaribus non habetur.

A Sed in quibusdam libris dicitur esse appositum ab hæreticis Arriani ad peruerendum intellectū sanū auctoritatibus. præmissa de vnitatem essentiali trium personarum.

Similiter etiam Arriani vtentur illa auctoritate, vt sint vnum in nobis, sicut & nos vnum sumus, ad ostendendum quod pater & filius non sint vnum: nisi secundū consensus amoris: sicut & nos, vt patet per Augustinum & Hylarium, qui dicit, hinc fuisse peruersum sensum Arrianorum. Vnde manifestum est, quod Ioachim in errore Arrianorum incidit: licet non pertinaciter: quia ipse scripta sua Apostolicæ sedis iudicio subiecit, vt infra dicitur: & ideo consequenter ponitur determinatio concilij pro veritate. In qua quidem determinatione quinque facit. Primo enim asserit veritatem, quam magister Petrus docebat, scilicet, quod diuina essentia est quædam summa res incomprehensibilis cogitatu, & ineffabilis verbo: de qua vere predicantur tres persone, & simul & singillatim. Potest enim vere dici, quod essentia diuina est pater, & filius, & Spiritus sanctus. Et iterum vere dicitur, essentia diuina est filius, diuina essentia est Spiritus sanctus. Quod quidem in nobis non accipit. Non enim essentia Petri est Petrus: sed essentia Dei patris est ipse pater, quia Petrus est ex multis compositus: non autem persona patris, neque persona filij, nec persona Spiritus sancti.

C Secundo vbi dicit. Et ideo in Deo, &c. soluit rationem, quam pro se inducebat Ioachim. Est enim considerandum quod nihil commutatur alijs nisi q̄ ab eis distinguitur. Vnde cum animal non distinguitur ab homine, equo, & bove: quorum quodlibet est animal: ideo nō possumus dicere, quod homo, & equus, & bos, & animal sunt quattuor: sed sūt tria tantum: quia quodlibet illorum est animal. Ita quia quælibet trium personarum est illa res, scilicet diuina essentia vel natura, non potest dici, q̄ tres persone & illa res sunt quattuor: quia illa res nō est aliud aliud a tribus personis. Quod quidem probat per hoc quod sola diuina essentia est principium creans vniuersa. Ita q̄ nihil potest inueniri præter diuinā essentiam, quod scilicet nō sit idem, vti essentia diuina: vel non sit creatū ab ea: tres autem persone non sunt creatæ a diuina essentia: quia increatus pater, increatus filius, increatus Spiritus sanctus: quoniam possumus dicere, quod pater est principium vniuersorum, & similiter filius, & Spiritus sanctus. Vnde manifestum est, quod diuina essentia non est aliud aliud a tribus personis. Unde non est quaternitas in diuinis: sed Trinitas.

E Sed quia Ioachim credebatur quod ex dictis Magistri Ari sequeretur, quod esset essentia distincta in tribus personis: ideo tertio cum dicit, Et illa res non est generans, &c. ostendit quod hoc non sequitur. Verum est enim quod possumus dicere, quod diuina essentia non est distincta in tribus personis. Ex hoc enim aliquid est distinctum in diuinis, quod est generans, vel genitum, vel procedens, vt dictum est. Possumus tamē dicere, quod essentia diuina est ille qui distinguitur, id est pater qui distinguitur a filio: & similiter possumus dicere, q̄ essentia diuina est pa-

† Et hoc dicitur in commentario 1. huius partis.

est Pater qui generat: & est Filius qui gignitur: et est Spiritus sanctus qui procedit. Ita scilicet quod distinctiones importatae per haec tria adiectiva: generans, genitum, & procedens, determinant ipsas personas, de quibus praedicatur praedicta adiectiva: non autem essentiam, vel naturam, quae non distinguitur. Non ergo sequitur quod Ioachim putabat. Essentia non est generans; Pater est generans: ergo essentia non est Pater. Quia etsi essentia non generat: est tamen ille qui generat, id est Pater: & similiter essentia non nascitur, sed est ille qui nascitur, id est Filius neque essentia procedit, sed est ille qui procedit, id est Spiritus sanctus.


Quarto cum dicit, Licet igitur alius. &c. concludit qualiter secundum fidem catholicam sit signanda distinctio personarum. Circa quod considerandum est, in diuinis masculinum genus refertur ad personam, neutrum autem genus refertur ad essentiam vel naturam. Sicut etiam in rebus humanis per masculinum genus quarimus de persona: sicut, Quis currit? Petrus. Per neutrum genus quarimus de natura: sicut, Quid est homo? animal rationale. Quia igitur in diuinis essentia est indistincta, personae vero distinctae: ideo, nominibus distinctiuis utimur in diuinis in masculino genere: non autem in neutro. Dicimus enim quod licet sit alius Pater, & alius Filius, et alius Spiritus sanctus, non tamen sunt aliud & aliud: quia non est alietas in essentia, & si sit alietas in personis: sed id ipsum quod est Pater, & Filius, et Spiritus sanctus: quia est eadem essentia trium. Et propter hoc sunt omnino idem, si idem sit neutri generis: quia hoc pertinet ad identitatem essentiae, non autem sunt idem masculine: quia hoc tolleret distinctionem personarum. Ideo autem oportet quod sint idem naturaliter, ut credamus esse consubstantialia, secundum fidem orthodoxam, id est recte gloriantem: ad orthos quod est rectum, & doxa quod est gloria: & catholicam, id est vniuersalem: sicut supra expositum est. Hoc enim determinatum est in Nicana synodo, quod filius sit homousyon, id est consubstantialis Patri.

Quinto cum dicit, Pater enim ab aeterno, &c. probat, quod una & eadem sit essentia trium personarum. Pater enim generando filium dedit ei substantiam suam: cum generare nihil aliud sit quam ex substantia sua alium producere. Et sicut ab aeterno Pater genuit Filium, non quidem prius non existentem: ita etiam ab aeterno Pater dedit substantiam Filio, non quidem quasi prius non habenti: sed quia ab aeterno eam ab alio habuit, id est a Patre. Et de ista datione ipse Filius Dei testatur, Io. 10. Pater meus quod dedit mihi, maius omnibus est. Id enim quod est maximum, est diuina essentia. Sciendum tamen, quod aliter se habet in generatione humana & aliter in diuina. Quia enim natura humana diuisibilis est, potest homo generans partem substantiae suae transfundere in Filium. Diuina autem natura est simplex et indiuisibilis: & ideo subiugit, Quod non potest dici, quod Pater partem substantiae suae Filio dederit. Similiter etiam non potest dici, quod Pater datus substantiam suam filio: eam sibi non retinuerit: quia sic Pater defuisse esset diuina sub-

A stantia. In corporalibus enim quod datur, non retinetur: sicut qui dant equum, non retinent ipsum: sed in spiritualibus simul datur aliquid & retinetur: sicut qui communicat alij scientiam, retinet ipsam. Patet igitur quod Filius sine ulla diminutione accepit nascendo substantiam Patris: & pater eam retinet. Unde sequitur, quod Pater & Filius habeant unam substantiam. Et eadem ratio est de Spiritu sancto, qui ab utroque procedit. Pater autem est substantia sua, quia non est in eo aliqua compositio et similiter Filius, & Spiritus sanctus. Cum ergo sit una essentia trium: sequitur quod una res, quae est diuina essentia, est Pater, & Filius, & Spiritus sanctus. Et ideo irrefragabiliter est probata sententia magistri Petri Lombardi, & per consequens dicitur Ioachim infirmatum.

B Sexto cum dicit, Cum ergo veritas pro fidelibus, &c. ponit auctoritates, quas male intellectas pro se Ioachim inducebat. Quod enim Dominus orans pro fidelibus dicit: Volo ut ipsi unum sint in nobis; sicut & nos unum sumus; sic inducebat Ioachim ac si eodem modo accipiendum esset hoc quod dicitur unum in nobis, & in diuinis personis. Hoc autem est falsum; quia in fidelibus sic accipitur, ut intelligatur vnitas charitatis per gratiam; in diuinis autem personis sic accipitur, ut intelligatur unitas eiusdem naturae. Et hoc probat per simile; quia Dominus dicit Matth. 5. Estote vos perfecti, sicut & Pater vester celestis perfectus est. Non tamen est idem modus perfectionis humanae & diuinae; quae non potest esse tanta similitudo inter creatorem et creaturam, quin maior inueniatur ibi dissimilitudo, propter hoc quod creatura in infinitum distat a Deo.

GLO. SVPER DECRETALES
Tit. de summa Trin. & fide Cath. de uolumine maiori Decretalium.

D  **V**ONIAM omne quod non est ex fide, peccatum est. §. 8. q. 1. §. 1. ad Ro. 14. & infra, de praeser. quoniam omne. & ordo nostrae reparationis a fide sumpsit exordium; ideo de fide catholica primo est agendum.

Et quia in fide primo instrui debemus, ut sic ad baptismum creduli veniamus. de consec. dist. 4. ante baptismum. videndum est ergo, quid sit fides prout hic accipitur, et quot modis accipiatur fides, et quot sint species fides, & quot articuli, quod praemissum creditur, & quae sit poena non credentium. Fides enim multis modis dicitur. Dicitur fides quandoque idem quod sacramentum baptismi. 45. dist. de iud. eis. & infra, de bapt. & eius effectu, debitum.

E Item dicitur fides, castitas tbori. 27. q. 2. coniuges. 28. q. 1. caue. & infra, de iureiur. quemadmodum, & est unum de tribus bonis matrimonij. ea causa, & questione, scilicet, 27. q. 2. omne itaque. in fra, de condi. appo. cap. vl.

Itē dicitur fides securitas, siue pactum, quae et iam hosti seruanda est. 23. q. 1. noli.

Item dicitur fides, quandoque conscientia. infra, de resti. spoliat. literas. §. nos autē, circa principium.

B & in-

Et horu
atur p
i comm
ario 1. h
artis.

et infra de prescrip. quoniam omne quod non est ex fide, id est, conscientia, de pen. dist. 3. quarat. §. ut il lud Ambrosii. alias est versi.

Item dicitur fides credulitas, secundum quam credimus id quod non videmus. Fides enim est de re non visa. de pen. dist. 4. in domo. versi. et si abiero. unde etiam dicitur: Fides non habet meritum, cui humana ratio prebet experimentum.

Item dicitur fides promissio. Inst. de reru. diu. §. vendit e. et infra, de spon. duorum. c. 1.

Item alio modo dicitur fides, collectio articulo- rum ut hic, et 2. q. 1. hec est fides, praterea et in symbolo Athanasii dicitur: Hec est fides catholi- ca, quam nisi, &c.

Item dicitur fides equitas in actionibus conside- rata. Inst. de act. §. actionum autem. quaedam sunt bonae fidei, quaedam stricti iuris.

† Vide omni- no S. Tho. 2. 2. q. 4. ar. 1.

Fides vero sic describitur ab Apostolo in epist. ad Heb. 11. prout hic sunt iter. Fides est substantia reru. sperandarum, argumentum non apparentium. Et dicitur substantia sperandarum reru. quia sperare debemus, quod dictum a Prophetis, esse futurum. Ar- gumentum non apparentium dicitur, quia per prophe- tias iam completas, debemus habere argumentum, id est, probationem non apparentem de futuris com- plendis, scilicet de die iudicii, et de fine mundi.

Sed videtur, quod definitio ista non sit bona: quia vera definitio convertibilis debet esse cum suo defi- nito: sed haec non est convertibilis, quia spes simili- ter est substantia sperandarum reru. unde vide- tur inferendum, quod fides est spes, quod est falsum.

Item haec definitio videtur loqui tantum de fut- uris: cum fides sit tam de presentibus quam de pre- teritis et futuris, eo quod habet se ad omnia. Ad praeterita: quia credendum est Christum fuisse natu- rum et passum. Ad presentia: quia credendum est, quod ipse sit, qui in altari quotidie conficitur, ad futura: quia credere debemus ipsum venturum et iudicatu- rum vivos et mortuos: et ita videtur esse insuf- ficiens ista definitio: et licet diversa tempora com- prehendat, una tamen fides esse videtur. Unde satis potest dici, quod non est vera definitio, sed quaedam notificatio fidei ab Apostolo dicta.

Potest autem magistraliter definiri. Fides est vo- luntaria certitudo absentium, infra scientiam, et su- pra opinionem constituta. Scientia enim habet cogni- tionem: fides vero non. Unde dicit Aug. Fides est, credere quod non vides, de pen. dist. 5. in domo.

† S. Thomas 2. 2. q. 4. ar. 14. explicat qua- liter hoc in- telligi deat.

Species autem fidei sunt duae. Una est formata, quam habent boni. Et est alia informis, quam habent mali, et existentes in mortali peccato: et fides eo- rum caret forma. Prima est virtus, a qua dicuntur si- deles quicumque baptizantur: de consec. dist. 4. si qui apud, et talis fides dicitur informata charitate. Unde sic potest definiri: fides est qualitas, qua quis credit quod diligit: charitas dignior est, penes quam con- sistit omne meritum, et est fons virtus, cui non com- municat alienus scilicet a fide infra, de reg. licet. in fi. et de pen. dist. 1. omnis, qui non diligit, unde dicitur: Fides nostrae, est virtus quam charitas comita- tur. Unde dicit Aug. Fides, qua per dilectionem opera- tur, est fundamentum omnium virtutum. 1. q. 1. cu. Pau.

et alias ita definit. Haec est fides, qua per dilectio- nem operatur. de pen. dist. 2. c. charitas. §. item Domi- nus. Amen. ver. haec est fides. et non ea quae de mo- num est, qua credunt et contremiscunt. De fide in- formata charitate dicit Abac. c. 2. propheta: Iustus autem in sua fide vivet. Fides nostra est eadem in substantia cum fide antiquorum, ut dictum est, quod probat Evangelium. Turbe autem quae praecedebat et quae sequebantur, clamabant dicentes, Osanna fi- lio David, Matth. 21.

Disiunt tamen in qualitate: quia quod ipsi cre- debant de futuro, nos credimus de preteritis, scilicet Christum natum et passum.

Principales autem articuli fidei nostrae, sunt septem, secundum quod septem sunt dona Spiritus sancti, quos quilibet Christianus scire tenetur, et credere sicut tenet Ecclesia, et sunt hi: Incarnatio sine natiuitas, baptismus, passio Christi, sine morse- ius, descensus ad inferos, resurrectio, ascensus in cae- lum, aduentus eius in iudicium. De quibus habes in prima constitutione, firmiter, pro quibus 10a. Apo- caly. c. 5. legitur stetit, ubi dicitur: Vidi librum sigillatum septem sigillis formam imprimetibus in caelo et in terra, et apud inferos: et nemo fuit dignus aperire librum, nisi leo de tribu Iuda. Et isti septem articuli patent in his versibus:

Nascitur, abluitur, patitur, descendit ad ima: Surrexit, scandit, ueniet discernere cuncta.

Secundum quosdam theologos sunt 12. articuli fidei propter 12. Apostolos, qui eadem hora instinctu Spiritus sancti, symbolum composuerunt.

Et est aliud symbolum maius, quod cantatur in Missa in Constantinopolitana synodo factum pro- pter Gregos, qui non credebant, quod Spiritus sanctus procederet ab veroque, de consec. dist. 5. c. ult. et pen. Est et tertium symbolum Athanasii: Quicumque vult, quod catatur in prima. Istud potest ap- pellari quartum symbolum: et ita sunt modo quatuor, sicut quatuor Evangelistae.

Premium vero credentium est vita aeterna: pena vero non credentium est gehenna perpetua, iuxta il- lud: Hec est fides catholica, quam nisi quisque fide- liter firmiterque crediderit, saluus esse non poterit. et Qui crediderit et baptizatus fuerit, saluus erit. infra de baptis. et eius effectus, maiores. Ber.

De hac materia habes de consec. dist. 3. c. ult. de consec. dist. 5. c. pen. et ult. 2. dist. per totum, 23. dist. qui episcopus.

Glossa super cap. Firmiter.

Firmiter] Non solet summaris, sed pro summaris diuiditur in duas partes principales. Secunda ibi una vero. Prima tractat de summa Trini. et eius operibus: de fide catholica, et articulis fidei. Secun- da pars principalis tractat de sacramentis. Abbas Panormitanus.

Firmiter] Hoc ideo dicit, quia ordo fidei nostrae probari non potest, et quia ubi ratio deficit, fides supplet. de consec. dist. in c. 4. cap. nihil est aliud. et dist. in. ult. c. ult. arg. ut quod sermo sonat, affectus sentiat, id est fides, de consec. dist. in. 2. c. reuera. in fin. quia

† hoc gatu- chre Aug. de A- sum- refat- fialit- ar. 1. eius in al- ne. d. 5. 5.

† De articu- ad huma- tem Chri- spectanti- quitur ut- S. Th. 2. 2. ar. 7.

† Hoc sym- lum & len- tia paulu- in hac pri- parte ad- cit Eym- cus, lup- bus vide- metatoo- de unde in- intell- gna- apertus.

fn. quia fides est de re non visa. de pa. dist. 4. in domo. in fine.

Qualiter hoc intelligatur, pulchre docet Augustinus de Ancona in summa de poestate Ecclesiastica, q. 28 ar. 1. & Palacius Rubius in allegatione de heresi. 5. 5.

Credimus] Hoc ideo dicit, quia dubius in fide, infidelis est, infra, de heretic. capitulo primo, & arg. 12. que si iove prima, omne quod, in si. Et est simile de accusato, contra quem nihil est probatum. & sic remanet dubius, quando se non purgat. Et quia fides est exordium nostrae reparationis: ideo prius de ea prae mittit: quia prius homo debet instrui in fide. de conse. dist. inct. 4. ante baptismum & cap. ante viginti.

Simpliciter] Fides enim simplicibus verbis est proponenda. 23. dist. in. qui episcopus. & 23. dist. in. quando. Sic & testimonium debet esse purum. 3. q. 9. pura. Et simplex esse debet constitutio, similiter & lex. 4. dist. erit autem. Sic & qualibet scriptura, si obscure loquatur, pro non scriptura habetur. ff. de ijs, quae pro non scrip. ha. l. 1. sic & testimonium obscurum non valet infra, de prob. in praesentia. & infra de testi. cum clamor. & ff. de interro. ac. de atate. §. nihil interest. Et generaliter nunquam per extranea verba res est proponenda, sed per visa tate. arg. 27. dist. relatum. 10.

Vnus] Hoc dictum fuit ad differentiam plurium planetarum, quos quidam colebant tanquam Deos. Verus] Dicitur est ad differentiam fictorum.

Aeternus] Hoc ideo dicit, quia misericordiae Dei nec mensuras possumus ponere, nec tempore desinere. de penit. dist. inctioe prima. multiplex. & 26. q. 6. is qui.

Immensus] Id est, sine mensura: unde dicitur inter omnia non inclusus, extra omnia non exclusus supra omnia non elatus.

Incommutabilis] 22. quaes. 4. incommutabilis. & tamen dat cuncta moveri. Unde Boetius 3. ca. de consolatio. Stabilisque manens, dat cuncta moveri. saepe tamen mutat sententiam suam, ut ibi dicitur, & cap. unusquisque. in fine.

Incomprehensibilis] Unde in veteri lege dicitur: Bestia qua montem tetigerit, lapidabitur. & illud: Accedet homo ad cor altius, & exaltabitur Deus ab eo. & illud: O altitudo divitiarum sapientiae & scientiae Dei, quam incomprehensibilia sunt opera eius, & inuestigabiles viae eius.

Omnipotens] quia omnia potest, quae decent eius potentiam, & quae posse est aliquid posse, unde peccare non potest, quia peccare non est aliquid posse: ut ait Aug. immo est aliquid non posse: ut de pen. dist. 2. c. ult. §. charitas.

Ineffabilis] unde aliud: Sapientiam eius quis enarrabit? quasi diceret, nullus.

Glossa sequens tractat de triplici compositione & dat simile in anima.

Simplex omnino] Nota quod multiplex est compositio. Est enim proprie compositio partis ad partes, ut in rebus corporalibus. Item est compositio proprietatis ad subiectum, ut rationabilitas in anima. Item forma ad substantiam, & substantia ad formam. & nulla istarum compositionum cadit in Deum, & ideo dicitur simplex omnino, id est in quolibet sensu compositionis. Et pone quasi simile in anima, cuius substantia simplex est, sed tamen tria

A reperiuntur in anima. Intellectus qui praeconcepit, ratio quae discernit, & memoria quae conservat. Intellectus praecogitans, patri primo operanti comparatur. Ratio discernens comparatur filio, qui est sapientia Patris disponens omnia in caelo et in terra. Memoria conservans, comparatur Spiritui sancto, qui omnia bona corroborat & confirmat. Sicut ista tria idem sunt in substantia cum anima: sic & tres personae Patris, & Filii, & Spiritus sanctus idem sunt in substantia.

Coomnipotes] ut in simbolo Athanasii, sed tamen non tres omnipotentes, sed unus omnipotens.

Coeterni] Sed contra videtur in dicto simbolo ubi dicitur: & tamen non tres aeterni, sed unus aeternus. Solutio. hic ponuntur adiective istae dictiones, ibi autem substantiae. haec est differentia: hic designant personas, ibi essentiam, licet totae tres personae coeternae sibi sunt, & coequales.

Simul] Unde Salamon: Qui manet in aeternum, creavit omnia simul. Unde in Genes. In principio creavit Deus caelum & terram, quod simul factum fuit, sed simul dici non potuit.

Humanam] Quia prima die angelos creavit, et sexta die creavit homines.

Quasi communem] id est, mediam inter angelicam & mundanam: vel communem, id est utriusque conformem: quia in pluribus conformatur se cum angelis scilicet in ratione, & discretione: & in multis cum inferioribus creaturis, quia sentimus cum illis & in pluribus alijs.

Diabolus] Dicitur criminator, & calumniator, & est Graecum vocabulum.

Demonos] Demon interpretatur, sciens. Et est argu. ex hac littera, quod de bono procedat malum: quod est falsum, ut hic exponitur: quia angelus non habuit remedium sicut homo: quia homo peccavit per suggestionem, angelus per se sine alterius suggestione, ut dicit littera sequens.

Glossa seq. quaerit, arguit negativae, soluit contrarium, & argumento respondet.

Creata sunt boni] Numquid est idem de homine? Videtur quod non, per hoc quod dicit Apostolus: Eramus enim natura filij irae sicut & ceteri, a qua nullus liberatur, nisi per fidem, de conse. dist. 4. c. 11. quod incipit, firmissime. Dicat quod homo ab initio bonus creatus fuit, sicut & angeli & in charitate, ut de pen. dist. 2. tolle charitatem. ver. Adā vero, & c. seq. & c. princeps. videtur quod homo creatus fuit immortalis. de conse. dist. 4. placuit igitur. versus si. dist. Et auctoritas praedicta sic debet intelligi, eramus enim natura filij irae, id est, eramus digni pena aeterna, sine debitoribus irae, id est, penae aeternae, naturae, id est inseparabili vitio, scilicet originali peccato. Originale tenim peccatum ita inheret humano generi, sicut si esset ei naturale: quia si esset natura nos non deserit dum sumus, ita nec originale peccatum: sed tamen post baptismum non nocet. de conse. dist. 4. c. 2.

Per se] id est, ex proprio defectu.

Diaboli suggestione] Et ideo magis puniendus est diabolus, quam ipse faciens. 86. dist. tanta. circa si. ibi, eos vero, nec illud excusat diabolus, si homo

De peccato originali ple ne S. Thom. 1. 2. q. 81. 82. & 83.



illud alias facturus esset. ff. de ser. cor. l. 1. §. qui igitur licet videatur, quod pro sola ratione hortatione non debet teneri: non enim qui exhortatur, mandatoris opera fungitur. ff. de us qui not. in fa. l. ob hec verba, in fine. Nec id excusat hominem, quod consilio alterius fecit, quia debuit & potuit explorare apud semetipsum an expediret ei tale consilium. ff. man. l. 2. in p. & si dubitabat, potuit consulere peritiores. Quare imputatur alicui. ff. de iu. & fa. ign. l. regula. §. sed iuris. & ff. de bo. poss. in honorum, in fi. & 37. dist. §. vlt. fo. And.

Glossa sequens declarat triplicem legem sub triplici tempore.

Ordinatissimam dispositionem temporum.]

† De hac dispositione cōtempus ante legem, & tempus sub lege, & tempus sub lege gratie. In tempore ante legem habebant homines ius naturale, quo regebatur, quod consistebat in his duobus praeceptis contentis his versibus. Quod tibi vis fieri, mihi fac: quod non tibi, noli. Sic potes in terris vivere iure poli. dist. 1. in princ. In tempore sub lege regebantur decalogo Moysi dato a Deo, & tunc contingebant omnia in figura, quae completa fuerunt tempore gratiae, quando Dei filius nos docuit praecepta Evangelica, quibus hodie regimur: in quo scripturae fuerunt completae. & hic est ordo, de quo hic dicit.

A tota Trinitate] hoc ideo dicit, quia inseparabilia sunt opera Trinitatis. de consec. dist. 3. c. vlt. in fi. & 28. q. 1. sic enim neque, circa princ. per mediam colu. Nec potest filius a se facere quicquam, nisi quod viderit patrem facientem. de consec. dist. 5. c. vlt. in fi.

Incar-natus] Hic explicatur primus articulus fidei.

Vna] Hoc fuit figuratum in arca Noe. Gen. 7. ubi fuit redemptio sanctorum per duas naturas, quoad opinionem & veritatem.

Impassibilis] 22. q. 4. incommutabilis, & habetur figura hic versibus. Nihil Isaac patitur, aries fit victima Christo. Nec deitas patitur, cum moriatur homo. 22. q. 1. cap. si quilibet. §. Abraham & cap. seq.

Mortuus] Hic explicatur tertius articulus fidei.

Descendit ad inferos] Quartus articulus.

Resurrexit a mortuis] Quintus articulus.

Ascendit in caelum] Hic est sextus articulus.

Venturus] Septimus articulus.

Nūc gestat] Vnde Apostolus: hoc mortale induet immortalitatem.

Vna] Hec est secunda pars principalis, in qua tractatur de sacramentis. Et primo de sacramento Eucharistiae, interserens de sacramento ordinis. Secundo de sacramento baptismi: ibi, sacramentū. Tertio de sacramento poenitentiae: ibi, & si post. Quarto de sacramento coniugij: ibi, non solum.

Extra quam] 24. q. 1. quoniam vetus.

Est sacrificium] De consec. dist. 2. cap. nec Moyses, unde dicitur. Rex sedet in caena turba in cētus duodena. Se tenet in manibus, se cibari ipse cibus. Dicit Aug. De carne beate Mariae car-

nem accepit, & eandem carnem ad manducandum dedit ad salutem, de consec. dist. 2. acceperunt Iudei. & hoc fuit significatum in persona David, de quo dicitur: Ferebatur David manibus suis, ut ibi dicitur. Ber.

Sub speciebus panis & vini] Hoc ex causa statutum fuit, ut in alia forma sumeretur propter horrorem. Vnde dicitur. Nisi quis manducaverit corpus meum, & biberit sanguinem meum, & c. audito hoc verbo scandalizati sunt discipuli, & dixerunt: dū-

rus est hic sermo. de consec. dist. 2. 1. de hoc sacramento traditur infra de celeb. miss. cum Marthae.

Secundum clausus Ecclesiae] Nota hic quod non potest consistere corpus Christi, nisi fuerit ordinatus in forma Ecclesiae.

Sacramentum vero baptismi] Hic est secundus articulus, quod ultimo ponitur: & hic exprimitur forma baptismi, quae servatur Ecclesia. de consec. dist. 4. firmissime, & infra de baptis. & eius effectū. c. maiores.

A quocunque] A quocunque ergo baptismus conferatur in forma Ecclesiae, sic ratum est, ut 1. q. 1. quod quidam. & de consec. dist. 4. a quodā. & c. Romanus. 24. q. 1. c. subdiaconus. §. sed illud.

Glossa seq. & profequitur triplicem hominum statum.

Coniugati] Nota quod tres sunt ordines in Ecclesia Dei, scilicet virgines, continentēs, & coniugati. Christus enim plus amat virgines, quam alios, quia sponte tribuunt quod sibi non fuerat imperatum. Continentes etiam plus Deo placent, quia coniugati, quia non expedit homini ad regna caelestia tendenti, accipere uxorem, ut 32. q. 5. tunc saluabitur. & ea sunt in nostris officijs gratiora, quae cum liceret non impendere, tamen causa dilectionis impendimus. 28. q. 1. iam tunc.

Glossa ordinaria super Cap. Damnamus.

Damnamus] Hec decretalis dividitur in duas partes principales. In prima reprobat doctrinam abbatis Joachimi, ibi, Reprobamus. In secunda damnat illam Almarici. Prima pars facit quidam: quia primo reprobat doctrinam abbatis Joachimi contra magistrum sententiarum, quae profequitur exprimendo motiva & rationes ipsius. Secundo ibi, nos autem, approbat sententiam magistri, qua damnat Joachim. Tertio ibi, cum ergo, respondet auctoritati, qua principaliter movebatur Joachim. Quarto ibi, si quis, damnat tenentes opinionem Joachimi. Quinto ibi, in nullo, protestatur pro monasterio, cui presuit Joachim. Abbas Panormitanus Non est generans] adiective tenetur, id est, non generat, licet sit persona generans.

Afferit] Scilicet Joachim.

Ille] Scilicet Petrus.

Qui plantat] Scilicet predicando.

Et qui rigat] Baptizando. In epistola ad Corinth.

Vnum corpus] Vnione charitatis & spiritus. de consec. dist. 4. quæris a me.

Ut sint unum] Id est, eiusdem voluntatis.

Nos

Nos vnum] Scilicet vnione natura.
Non enim] Hic respondet concilium auctoritatibus Ioachim.

Ait] Scilicet Ioachim.

Glossa sequens ponit triplex testimoniū personarum Trinitatis.

Pater, & Filius, & Spiritus sanctus] Pater dedit testimonium deitatis quando dixit: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite. Filius dedit testimonium deitatis, quando in more transfiguratus potētia deitatis, & speciem aeternae beatitudinis ostēdit. Spiritus sanctus dedit testimonium, quando super baptizatum specie columbae requieuit: vel quando ab inuocatione nominis Christi, corda credentium impleuit.

Et hi tres vnum] Id est, indifferentes quo ad dā dum gratiam. Vel vnum, id est, vnus substantia, vel essentia.

In terra] Scilicet quod Christus fuit homo infra de celebra. mis. in quadam.

Spiritus] Id est, humana anima, quam emisit in passione.

Aqua sanguis] Quae fluxerunt de latere Christi, vt in decre. pra. in qua idē, & fuit vera aqua & non aquaticus humor, vt quidam haeretici mentiuntur.

Et hi tres vnum sunt] Nō natura eiusdē substantia, sed cooperatione eiusdē mysterij: quia spiritus per adoptionem nos filios Dei fecit, aqua fecit nos filios Dei per abluitionem baptismi, sanguis per redemptionem gratiae.

Non est generans] Id est, non generat, sed est persona generans.

Glossa sequens distinguit triplicem speciem nominum in diuinis.

Neque genita] Not. ad intelligentiam personarum in trinitate, quod nominum quaedam sunt essentialia, quaedam personalia, quaedam notionalia.

Essentialia sunt, quae in singulari numero dicuntur congrue de tribus personis singulariter, vt Deus bonus, Deus iustus, aeternus, omnipotēs, & similia, in plurali vero numero incongrue dicuntur, iuxta illud Athanasij: & non tres Dij, sed vnus est Deus. Personalia sunt, quae supponūt personam, & in singulari numero tantum, vt Pater & Filius & Spiritus sanctus. Notionalia sunt, quae notant distinctionem in personis: vt generans, generata, & procedens. Ista notionalia, cum veniunt adiectiue, dicuntur tantum de personis, & non de essentia, sed quando tenentur substantiue, tunc dicuntur tam de essentia quam de personis. vnde haec propositio simpliciter est vera, Pater est generans sine haec dictio generans, teneatur adiectiue, sine substantiue. Si autem dicatur, substantia diuina est generans, si haec dictio, generans, teneatur adiectiue, falsa est, qui. v. velle notare distinctionem in diuina essentia: si teneatur substantiue, vera est, quia tunc est sensus; substantia diuina est generans, id est, persona quae generat. Vnde nomina ista, generans, genita, & procedens, adiuncta nominibus personarum, distinctio nem notant personarum: iuncta vero cum nominibus istis substantiuis naturae, seu essentia diuina, te

A nentur substantiue, & notant essentiam tantum. Natura] Hae est illa summa res, quam dixit magister Petrus.

Glo. seq. ponit quomodo in diuinis disinctiua nomina tripliciter iunguntur.

Alius sit pater, alius filius] disinctiua siue paritiua nomina vnus, aliquis, alius, duo, vel similia, aliquando significant essentiam, aliquando nō. Nomina paritiua iuncta cum nominibus personalibus, & non essentialibus in masculino & feminino genere, notāt distinctionē in personis: pater est vnus, filius est alius, Pater, & filius sunt duo. Iuncta vero nominibus essentialibus, ita quod eis innituntur, essentiam notant: vt pater est vnus Deus, pater et filius sunt vna essentia. In neutro vero genere, tantū essentia notant pater & filius sunt vnum, id est, vna res. & ideo optime dicit, alius pater, alius filius, id est, alia est persona patris, & alia est persona filij, non tamen aliud, immo idem sunt in substantia, vt iam pater.

Orthodoxam] Id est, rectam. ab orthos quod est rectum: & doxa, quod est gloria, quasi recte gloriosa. Hoslien.

Ei dedit] Vnde Aug. Nihil habet filius, quod non nascendo à patre acceperit.

Simplex omnino] De hoc dicas vt supra, c. proximo.

Procedēs] Scilicet per inspirationem. de consec. dist. vlt. c. pen. in fi.

Cum ergo veritas] Dicit respondeo auctoritati praedictae, Volo pater, & c. & eam exponit, quā in ducebat pro se Ioachim, & exponit qualiter intelligatur hoc verbum, vnum: & per hoc etiā alijs auctoritatibus responderetur.

Orat] In Euangelio Ioannis.

Vnum in nobis] Id est, vniti nobis vnione spiritus.

Vnum sumus] Hic in alia significatione accipitur hoc nomen, vnum id est, vnione substantia, seu naturae, vt infra sequitur.

In gratia] Id est, per gratiam.

Florensi monasterio] Not. quod si auctor reprobatur, & eius scripta sunt reprobanda. Infra de heret. fraternitatis. immo & si bona essent, reprobaretur ratione auctoris: quia nō licet ei hoc facere. 96. dist. bene quidem. hic vero licet auctor non reprobetur: quia confitetur se seruare fidem catholicam, tamen scripta sua (quia malam habebant sententiā) reprobantur.

Corrigenda] Et ideo quia paratus fuit corrigi, & se correxit, vt sequitur, non debet dici haereticus licet quandoque errasset in fide. 24. q. 1. haec est fides, & q. 3. dixit Apostolus.

INNOCENTIVS SVPER

codem tit. de summ. trini.

& fide catholica.

1 Ad credēdum ea, quae sunt fidei, quilibet tenetur.

2 Prælati, & qui curam habēt animarum, explicitē credere debent articulos fidei.

3 Papa & prælati dispensare ex causa possunt cum

B 3 cum

† Sicut Th. 3. parte q. 74. arti. 7. ad 3. arg.

† Ad intelligentiam huius glossae vide de theologos li. 1. sen. dist. 34. & sancti Thomae part. 1. q. 13.

† De materia huius glossae vide late in commentario super cap. fraternitatis, relato infra in 2. par. Directorij, I principio.

- cum illiteratis.
- 4 An clericis pauperibus sufficiat credere sicut laicis, & in quibus eos non excusat imperitia fidei.
- 5 An liceat clericis iurisprudenciam fidei cognitioni seu Theologiae preferre.
- 6 Bonum est laicis studia fidei seu Theologiae addiscere, sed non peccat alijs scientijs vacando.
- 7 Fides implicita quando profit.

FIRMITER credimus.] De fide teneas, quia quaedam est fidei mensura, ad quam quilibet tenetur, & que sufficit simplicibus. & est forte omnibus laicis, scilicet, quia oportet, quod liber adultum accedentem ad fidem credere, quia Deus est, & quod est remunerator omnium bonorum. Item oportet omnes alios articulos credere implicitae, hoc est credere, verum esse quicquid credit Ecclesia Catholica.

2 Hanc autem mensuram excedere debent prelati Ecclesiarum quicumque curam animarum habent, quia debent scire articulos fidei explicitae, & distinctae, qui continentur in symbolo, scilicet, Credo in unum Deum, & quicumque vult. 38. dist. c. 1. & 2. & c. seq. Episcopi enim plus scire debent: quia de eis scire debent reddere rationem omni poscenti. 36. dist. cap. qui Ecclesiastici. §. 1. & 38. dist. capi. omnes. non tamen dicimus, quod incontinenti teneantur precepta de omnibus respondere, sed prehabita deliberatione, & etiam si oportuerit, cum consilio aliorum.

3 Non negamus tamen, quin Papa, & alij superiores prelati possint dispensare ex certis causis minus litteratos & minus industriosos in temporalibus sustinere. infra de reum. cap. nisi cuius. §. pro defectu.

4 De clericis autem inferioribus satis videtur, quod si essent pauperes, qui non possent intendere studio, quia non habent magistros vel expensas, quia oportet eis proprijs manibus quereere victum, quod eis sufficiat scire sicut simplicibus laicis, & aliquantulum plus, sicut de sacramento altaris: quia oportet eos credere, quod in sacramento altaris conficitur verum corpus Christi: & hoc ideo, quia circa illud quotidie & continue versantur plus, quam laici. Si autem haberent magistros & expensas ad discendum, tunc peccarent, nisi plus proficerent in cognitione distincta fidei, quam laici debent tamen ab eo, qui imponit eis penitentiam, de ignorantia vel potius de negligentia sciendi scrutari, ut diligenter attendant quare in eis non proficiunt vel propter duritiam ingenij, vel quia eos oportuit circa exhibenda necessaria confratribus suis, vel pauperibus, vel bonis spiritibus: & idem dicendum est de alijs operibus bonis: nam cum non teneatur ad explicitam cognitionem articulorum, bene licet clericis illis explicitae cognitioni postponere alia opera pietatis.

5 Item etiam ex causa posset illi scientiae preponere alias scientias, ut si velint addiscere sci-

tiam iuris, ut pauperes in iudicio defendant ne opprimantur, non peccant: tamen credimus, quod non debent ita preponere scientiam cognitioni fidei, quin in ea proficiant, & bene videtur quod semper plus debent intendere circa cognitionem articulorum predictorum, quam circa cognitionem iuris, postquam expensas habent ab Ecclesia, nisi in contrarium eos iusta causa moveat.

6 Item videtur quod etiam laici, quibus Deus dat talentum subtilis ingenij, quod melius faciunt si suum ingenium impendant in cognitionem predictorum: quamvis non videatur quod peccent etiam si eis non intendant. Videtur autem eis sufficere, quod talenta sibi credita non abscondant in terra, id est in terrenis, sed bonis operibus insistant.

7 In tantum autem valet implicita fides, ut dicitur quidam, quod si aliquis eam habet, scilicet quod credit, quod Ecclesia credit, sed falso opinatur ratione naturali motus, quod pater maior, vel prior sit filio, vel quod tres personae sunt tres res a se invicem distinctae, quod non est haereticus, nec peccat, dum modo hunc errorem suum non defendat, & hoc ipsum credit quia credit Ecclesiam sic credere: & sua opinionem fidei Ecclesia supponit: quia licet sic male opinetur, tamen non est illa fides sua, immo fides sua, fides est Ecclesiae. infra eodem, ca. damnamus, circa finem.

IDEM INNOCENTIVS SVPER cap. Damnamus.

- 1 Non licet publice de fide disputare causa tumultus & perfidia.
- 2 Licet quandoque de fide disputare publice ad refellendos haereticos.

DAMNAMVS ergo.] Defendere.] hoc enim nullatenus licet, immo, quod plus est, nec disputare de fide licet publice turbis coadunatis causa tumultus, vel sine perfidia defendendae. c. de sum. trinit. & fide Catho. l. pen.

2 Si autem ad confusionem haereticorum, vel ad veritatem clarificandam disputaret aliquis, non crederetur malum, ut fecit Silvester Papa.

GLOSSA IOAN. AND. SVPER tit. de summ. trinit. & fide catho. in Sexto Decretalium.

EIDELI] Errore Gregorum, qui dicebant Spiritum sanctum procedere a solo patre, extiparto per canones, de quo de consecr. dist. 5. ca. penult. & ultim. adhuc quidam in errores alios inciderunt, negantes, Spiritum sanctum eternaliter processisse a patre & filio: alijs dicentibus, quod ab utroque procedebat, non tanquam ex uno principio, sed tanquam ex duobus principiis, & duabus inspirationibus. Gregorius X. in generali concilio Lugdunen. primo ponit confessionem suam, quam

† Ad hunc cum coarunt tunc per sancti Thomae libeto l. 1. art. 14.

† De doctina Innocentij hoc loco qua ultra communiter vide quae scribo in super q. 7. mae pama rectorij.

† Hae in liget sicut plucui in hac parte, in mentant per l. non C. de fu. ni. & sup q. 10.

† De dicit erroribus ca Spiritum sanctum de alfonti Castrum s. ad hunc haereticos, bo Deus, refi 10. 1. & loq.

quam etiam dicit sancti & Romana Ecclesia, catho-
licorum patrum, Græcorum doctorum & Latino-
rum observantiam & doctrinam scilicet quod spi-
ritus sanctus æternaliter a patre & filio, & tam-
quam ab uno principio, & unica spiratione proce-
dit: Demum reprobando, dicit omnes, qui præmis-
sa negare, vel contrarium asserere præsumserint.
Secunda ibi, Sed quia.

Fideli] supra eod. firmiter. & supra de hæreti-
cibus. & est simile C. de ijs, qui ad ecclesi. cõfug.
l. fideli. & dic fideli quo ad mentem; devota quo ad
exteriore actus: quasi dicat humili. ad hoc infra
de immu. eccl. decet.

Professione] Id est, confessione.

A Eternaliter] nã est pater generans, filius na-
scens, spiritus sanctus procedens pariter ab utroq;
absque initio semper pariter, ac sine fine supra eod.
firmiter. circa princ. de consec. dist. 7. c. vlt. C. de sã
ma Trin. in epist. inter claras. Sed opponitur. Trini-
tas est unum uniuersorum principum. vt supra eo-
dẽ, firmiter. ergo non est ibi æternitã: quia æter-
num vere sine principio, sine fine. Solu. Est prin-
cipium principias, non principiatũ, vt referatur prin-
cipium ad res creatas, non ad ipsam diuinitatem.

Et filio] confunditur hic error Græcorum dicẽ-
rium, Spiritum sanctũ a solo patre procedere. Mo-
uebatur autem auctoritate Evangelica, Io. 16. ibi.
Spititus sanctus, qui a patre procedit.

Item in symbolo apud eos edito, simpliciter con-
tinetur, qui ex patre procedit. Non addimus ¶ fi-
lioque. ad idem. C. de summa Trinit. l. 3. vbi dicitur
Spiritum sanctum, quem ex summo rerum parente
speramus, & c. Sed ad hoc & similia respodetur,
quod expressio patris, nõ excludit filium; immo po-
tius includit: cum ipsorum opera inseparabilia ¶
sunt. 28. quæst. 1. sic enim. S. beator. in fine, de con-
secr. dist. 3. cap. vlt. vnde cum pater & filius sint
vna essentia, substantia, seu natura, vt in prædicta
parte in com-
mentario li-
per symbo-
lo sanctorum
patrum, & tra-
dit etiã hæc
glossa paulo
antiquus.
¶ Non est fi-
sẽndã ratio.
nibus huius
gl. in hac re.
sed vere sunt
a theologis
requirẽde
lib. 1. senten-
dist. 11. & 12.

Docuit] Nota quod in ijs, que sunt de fide ca-
tholica, & eius articulis necessario tenere debemus
& sequi, quod tenet & sequitur Romana Ecclesia:
alias essemus hæretici. supra eod. ritu. cap. 1. & 2.
sed in alijs non habemus necessario sequi, & tenere
quod sequitur, nisi sequatur & doceat. 11. disti. no-
lite. vbi de hoc in glo. docere. 12. disti. c. nonit. 21.
disti. c. aliter. de consecr. disti. 4. de trina. in vna
enim fide nil officit sanctæ Ecclesiæ consuetudo di-
uersa, vt ibi.

Firmiter] super eod. firmiter.

Fidelium] De ijs, qui sunt foris, nihil ad nos. 11.
q. 3. inter verba, versi. si cogo. 2. q. 1. capi. multi. de

A diuor. gaudemus: licet ab eis expediat bonũ habere
testimonium. vt ibi. & 8. quæst. 1. licet ergo. supra
de sacra vnctio. c. vnico. S. exhibendum. 11. q. 3. nõ
sunt. 12. q. 1. nolo.

Orthodoxorum] id est catholicorum.

Patrum] 15. dist. cap. 1.

Doctorum] quorum est ordo præcipuus in Ec-
clesia. supra de hæret. cum ex iniuncto. S. cum igitur
& per doctores, prædicatores, & prælatos intelli-
gas. 43. dist. cap. 1.

Latinorum] vt Augustini, Hieronymi, Am-
brosii, & Gregorij. 24. dist. de libellis. 15. dist. san-
ctas, infra de reliqui. c. 1.

B Græcorum] aliquorũ, vt Ioannis Chrysostomi,
Cyrilli, Athanasii, Didymi, & Ephesini cõcilij pa-
trum. Græci enim contrarium dicunt, vt supra di-
xi. Vel dicitur secundum Gulielmum, quod in hoc
generali Lugdunensi concilio Græci, quod hic dicitur
fuerit publice professi, & symbolum cum adie-
ctione (silioque) ibi publice cantauerunt de manda-
to Imperatoris, & Ecclesiæ Græcorum. vtinã cor-
de credant. 23. dist. psalmista.

Vera] alias posset in melius cõmutari. 35. q. 9.
Apostolica & cap. sequenti.

Ignorantiam] que cunctorum errorum est ma-
ter, vt 38. distinct. ignorantia. nec in his excusat
ignorantia. nam ignorans, ignorabitur; vt ea. distin-
ctio. qui ead. ad idem 16. q. 1. si cupis. 22. q. 2. in
quibus, & ca. sequen.

C Præcludere] vt 83. distinct. error. supra de spou-
inter opera.

Damnamus] supra eod. damnamus. & dic, da-
namus & reprobamus; id est, reprobando damna-
mus.

Asserere] supra dixit negare. Quid si quis nec
negat, nec asserit, sed tacens sic consentit & videtur
non teneri: quia tacere est præter ista duo. 22. q. 2.
ne quis. infra. de regu. iuris qui tacet. & ff. eo. l. qui
tacet. Sol. Licet non ex verbis, tamen ex mente iu-
dicatur hæreticus. supra de hære. cap. 1. 24. q. 3. c.
hæretis. & cap. hæreticus. & Deus audit in corde;
vt 17. q. 1. c. fin. S. si ergo. & cor interrogat. 14. q.
5. si quid. & 15. q. 6. c. 1.

GLOSSA IOANNIS AND.
SVPERTIT. DE SVM. TRIN.
Et fide Catholica, in Clementinis.

Prima Glossa summat, & dinidit.

E **D**E I catholicæ] Summa huius conci-
lij hæc est. Fatetur cõcilium vnicũ Dei
filium in essentia Dei æternaliter subsistẽ-
tẽ, verum corpus humanum assumpsisse
de Virgine, & in eo passum & iam mortuũ, lancea
perforatum: approbas in hoc ordinem, quem tradi-
dit Euangelista Ioannes. Secundo reprobat, & hæ-
reticã indicat doctrinam, que habet quod substrãtia
anima rationalis seu intellectiua, vere et per se hu-
mani corporis non sit forma. Tertio asserẽs cõfitẽ-
dum unum baptisma sicut unum Deum & vnã fi-
dem, approbat opinionẽ, que habet per illud confer-

B 4 ri etiam

Ad hunc
tum cor
unt trat
per sancti
Thomas
libeto 1. q.
11. 14.

De doct
a Innoce
hoc loc
na utri
Simuni d
de quib
tribo int
per q. 7
de patru
Atonj.

Nõ est ad-
dicio, sed ex-
positio eius
quod inerat,
vt declarat
concilium
Florentinum
sub Eugenio
iii. sess. 6. &
dixi infra in
hac prima
parte in com-
mentario li-
per symbo-
lo sanctorum
patrum, & tra-
dit etiã hæc
glossa paulo
antiquus.
¶ Non est fi-
sẽndã ratio.
nibus huius
gl. in hac re.
sed vere sunt
a theologis
requirẽde
lib. 1. senten-
dist. 11. & 12.

De dicit
roribus
a Spiritu
ancum v
e Alfonso
ast rum li
aducit
ereles, ne
Deus, de
10. 11.
seq.

ri etiā parulis quo ad habitum informantē gratiā A
& virtutes partes parent: Secunda ibi: porro. Tertia
ibi: Ad hoc. Item hac prima pars facit tria. Primo
fatetur aeternam: diuinitatē Christi. Secundo veram
humanitatem ipsius: Tercio ipsius passionē & mor-
tem, & figuram inducens ordinem approbat, quam
de plagis Christi ponit Euangelista Iohannes.

Fundamento] quod est Christus.

Apostolo] 1. ad Corinth. 3. & concor. 1. q. 1. cum
Paulus, de presbyt. non bapt. c. fi.

Vnigenitū] vt dicit Anselmus. In sancta Trini-
tate quantumlibet paruum inconueniens est impossi-
bile: sed si pater alium filium genuisset, ille per om-
nia similis esset iam genito filio, & cū iam genitus
filius sit verbum, reliquus esset verbus, & sic essent
in deitate duo verba: sed cum vno Dei verbo om-
nia perfectissime dicantur, & creentur, aliud super-
fluum & nugatoriu[m] fuisset: nā duorum ad idē su-
perfluum, quorum vnū sufficit alterum superfluum est,
quod non est in deitate possibile: & Philosophus 1.
Physicorum. Frustra fit per plura, quod potest fieri
per pauciora. Ioan. 1. ad.

Filium] de spiritu sancto, & eius aeterna pro-
cessione supra eod. fidei. lib. 6.

Ad hanc glo-
fam vide Ma-
gistrum & do-
ctores lib. 4.
sen. dist. 8.

Omnibus] per hoc comprehendit immensa-
tem, incommutabilitatem, incomprehensibilitatem,
omnipotentiam, & ineffabilitatem. Item essentiam,
substantiam, seu naturā, de his omnibus supra eo. fir-
miter in prin. Et in diuinis haec tria vltima repeti-
mus ad maiorem expressionem. Si enim ad diuinam
essentiā habeatur respectus quasi mathematicè, id est
abstracte, non reducta consideratione ad personas, sic
est essentia. Si consideratur concrete, habito respectu
ad personas, sic est substantia, quia in qualibet per-
sona substat; & est tota supra eod. damnamus. ver-
sic. nos autem. Si vtroque modo: quasi in conside-
ratione vniuersali, sic est natura: quia naturale est
diuine essentiae quod sit vnū, & quod in ea sunt per-
sonae: simplex tamen est, impertialis & indiuisi-
bilis.

De horum
damnatione
frequens fit
mētio ab In-
nocentio Pa-
pa 1. epistola
21. & 22.

Existit] dānati sunt ergo Bonosiani, qui Chri-
stum dicebant non proprium sed adoptiuum filium
Dei 24. q. 3. quidam. versic. Bonosiani. & de hoc de
celebr. Miss. in quadam.

Aeternaliter] Arriani negauerunt filiū coeter-
num patri. 15. dist. c. 1. 24. q. 6. 3. quidam. versic.
Arriani. & arguebat sic: Omne quod natū est, prin-
cipium habet: ergo filius qui natus est, principiu[m] ha-
bit, & esse capit. vnde dicebat Arrianus: si fi-
lius est, natus est: si natus est, ergo tempus fuit quā
do non erat filius. Sed vt contra eum dicit Ambro-
sius lib. 1. de trin. c. 5. idem posset dicere de Deo, q. si
cepit esse pater, ergo primo fuit Deus, quā pater, &
fuit tempus quo non era pater: sed cū ex hoc seque-
retur eum mutabilem, id est generationis accessione
mutatū, hoc dicere amentia est: semper enim fuit pa-
ter, semper & filius; nā ex vi correlatiui, posito vno
ponitur & reliquum. Dicebat ergo August. de fide
ad Petru. c. 2. Si Dei filius virtus & sapientia; Dei
est nec vnquā fuit Deus sine virtute & sapientia:
Dei ergo filius coaeternus est Deo patri. Primū pro-
bat. A postolus 1. ad Corint. 1. & habetur 37. dist.

Vide nice-
phorum li. 8.
historia ec-
clesiastica, c.
1. & multis
seq.

hinc etiam Ambrosius. in fi. Dicit ergo August.
q. sicut splendor, qui gignitur ab igne coaeternus est
illi, & esset coaeternus, si ignis esset aeternus: sic est
intelligendum ex Deo natum esse sempiternum, vt
sit patri filius coaeternus. & hoc prosequitur magi-
ster sententiarum lib. 1. dist. 9.

Simul vnitas] dicitur Theologis: quod in instan-
ti cōceptionis, perfectus fuit homo, & fuit anima ra-
tionalis infusa tum propter infinitam virtutem agē-
tis, scilicet Spiritus sancti: tum quia incongruū fuisset
filium Dei corpus assumpsisse, nisi formatum. In
alijs autem non infunditur, nisi organizato embrio-
ne, & plene habitato ad ipsam recipendam. de hoc
33. q. 2. quod vero. Quod dicunt quidam fieri per cō-
ferentiam sexuum a 40. vel 80. die a cōceptione em-
briouis. de hoc. 5. dist. 1. de purifi. post partum,
c. vnico.

Fieret verus homo] concor. supra eo. firmiter
versic. & tandem ibi, verus homo factus est. & cō-
sidera verba: non enim fuit Christus, compositus ex
deitate & humanitate: nam simplicitas deitatis nul-
lam recipit compositionem, vt ibi satis not. in prin.
Et q. ibi dicitur, Christū fuisse compositum, verum
est respectu humanitatis quā fuit composita ex ani-
ma rationali & humana carne, vt ibi, & hic: & se-
pra. de heret. cum Christus. & vide quod not. de con-
secr. dist. 2. hoc est. quod dicimus.

Passibile] intantum quod (vt dicit August.) om-
nes defectus nostros assumpsit filius Dei, praeter igno-
rantiam, & peccatum. de hoc 3. senten. 15. dist. 1. Li-
cet igitur in assumptione sui ipsius caro fuerit a spi-
ritu sancto ab omnibus reliquijs peccati mundata:
vnde Angelus ad Virgine[m] Lucae. 1. Spiritus sanctus
superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit
tibi: quod ex te nascentur sanctus, vocabitur filius
Dei: et tunc, vt dicit ipse Aug. Si in cruce mortuus
non fuisset ad vltimum senio defecisset: frigus ergo,
calorem, famem, sitim, & alias humanas penalitates
pati poterat; & sic habuit corpus passibile. Fuit
autem hoc congruum, quod nostros defectus assume-
ret propter iustitiā satisfactionis, quā pro nobis faci-
endam assumpserat, vt pro nobis perfecte satisfacere
p. p. ualitates carnis nostrae. Item propter fidem
incarnationis. sine his enim penalitatibus humana
natura hominibus nota nō fuisset. Item propter exē-
plum patientiae nobis praebendum, ad tolerandas pe-
nalitates carnis humanae.

Animam] non spiritum vitalem tantum, de ce-
leb. miss. in quadam. vbi pluribus auctoritatibus
probat, quod hic de vera anima dicitur.
Rationalem] non dicit sensitiuam vel vegetabi-
lem tantū, de quib. infra in parte proxima dicitur.
Et tempore] quod tempus satis notum est. Et ab
haec incarnatione, computant quidam annos domini
23. dist. in nomine Domini. in prin. alij a natiuitate
& de hoc in Specul. de instr. edi. in 1. col. Dubitari
posset de tempore incarnationis, quare tunc & nō
prius, vel tardius. Canonist. d. dicitur satis esse dicere,
cū Paulo, O altitudo diuitiarū, & c. ad Roma. 11. in
fi. de pan. dist. 4. si ex bono. circa prin. ver. cur ergo
nam & in potestate miserentis est, quando & quan-
tum misereri velit. facit de pan. dist. 2. si. n. inquit.

Animam] non spiritum vitalem tantum, de ce-
leb. miss. in quadam. vbi pluribus auctoritatibus
probat, quod hic de vera anima dicitur.

Rationalem] non dicit sensitiuam vel vegetabi-
lem tantū, de quib. infra in parte proxima dicitur.

Et tempore] quod tempus satis notum est. Et ab
haec incarnatione, computant quidam annos domini
23. dist. in nomine Domini. in prin. alij a natiuitate
& de hoc in Specul. de instr. edi. in 1. col. Dubitari
posset de tempore incarnationis, quare tunc & nō
prius, vel tardius. Canonist. d. dicitur satis esse dicere,
cū Paulo, O altitudo diuitiarū, & c. ad Roma. 11. in
fi. de pan. dist. 4. si ex bono. circa prin. ver. cur ergo
nam & in potestate miserentis est, quando & quan-
tum misereri velit. facit de pan. dist. 2. si. n. inquit.

vltia

Vide sup-
strum &
ctores lib.
sent. dist.
beatum Th.
3. par. q. 6.
3 & 4.

B. Tho-
3. par. q.
& 15. q.
de hoc.

Expon-
no mod-
est, imm-
& peccat-
bera.

De
stati pl-
Thom.
q. 1. att.

De hoc
bratione
de omni-
B. Thom-
3. par. q. 1.
5. & 6.

vera medium, vers. sic. & quod not. qui clar. vel
 20. c. 2. Dicunt tamen theologi, quod certum est, non
 fuisse conueniens ante peccatum. Deum incarnari:
 cum opus incarnationis principaliter ordinetur ad
 abolitionem peccati. & ut dicitur Luca 5. Non san-
 nis, sed infirmis opus est medico: nec venit uocare
 iustos, sed peccatores. 2. q. 3. multi de pen. dist. 1. li-
 benter. item nec fuit conueniens statim post peccatum
 Deum incarnari. Cum enim ex superbia peccatum
 prouenisset, sic liberandus erat homo, ut humilitatis
 recognosceret se liberatore indigere: quod magno
 consilio Dei actum fuit, ut cognosca sui infirmitate,
 homo clamaret ad medicum, & gratias pasceret au-
 xilium: ad finem vero seculi non debuit differri: ut
 de imperfectione humane nature, per incarnationem
 perueniretur gradatim ad perfectiorem glorie in fi-
 ne seculi. Item fuit equum, post datam legem Mo-
 saicam & Propheticam, quam multi spernebant, iu-
 stificari a Deo genus humanum, per incarnationem
 & tempus gratis: quod si dilatum fuisset ad finem
 seculi, forsitan reuerentia & notitia Dei & morum
 honestas in terris fuisset abolita: fuit etiam hoc co-
 ueniens ad manifestandam diuinam virtutem, sal-
 uantem per fidem, presentis, & futurum: ut
 not. Ber. supra eod. tit.

Virginali] quare de Maria Virgine, & non de
 alia voluit incarnari? Dicunt sancti, quod sicut ex
 superbissima natus est morbus: sic per contrarium ex
 humillima inchoari debuit medicina. vnde vxo no-
 mine Eua ipsi Virgini dictum est. Aug. Luc. 1.

Item sicut ad summam humilitatem Dei filius
 voluit incarnari: sic summe humilem eligere voluit,
 in qua, & a qua tanta deberet humilitas inchoari.
 vnde ipsa in Canonico suo dixit, ibidem, Respexit do-
 minus humilitate ancilla sua. Tertio quia (ut qua-
 dam refert historia) prima ipsa fuit, que virgini-
 tatem Deo obtulit: vnde quia noui doni genus obtu-
 lit: nouo & inaudito dono debuit honorari. In coniu-
 gium autem Joseph consentit, iussu uero Spiritus san-
 cti, ad celandum mysterium, quod die. ut 27. q. 2. ca-
 2. vers. fi. & c. inuenta.

Thalamo] id est, cubiculo, vel vtero.
 Hypostasis] Graeci eodem modo vtuntur hoc no-
 mine hypostasis, quo nos vtuntur hoc nomine perso-
 na. de hoc nomine. 1. sent. 23. & 25. dist. hypostasis
 autem componitur ab hypo, quod est sub, & stasis,
 quod est status vel stans. & dicitur hypostasis sub-
 stantia intellectiua, sine forma, scilicet primordialis
 materia, & dicitur quasi substans: quia habet substanz
 re omnibus accidentibus, & omnia accidentia ad se
 recipit: a nullo tamen informatur, secundum Hu.

Natura] scilicet vera humana. Io. 1. And.
 Omnium] quo ad sufficientiam: sed quo ad effi-
 caciam, pro praedestinatiss tantum, de hoc de consecr.
 dist. 2. semel. 2.

Cruci] in huius passionis memoriam videmus, in
 singulis particularibus ecclesijs depictam crucem, in
 altum erigi: celebramus etiam festum inuentionis
 ipsius, de consecr. dist. in. 3. crucis. Dicit August.
 Crux, quae erat supplicium latronum, nunc transit ad
 fontes Imperatorum: si tantum honorem Deus con-
 tuit supplicio suos quantum conferet seruo suo & Tu-

ter alias fuit quadruplex causa, quare Christus cru-
 cis mortem elegit. Primo, ut in illa pendens in ae-
 re se inter Deum & hominem mediatorum, ostende-
 ret. & sic not. 1. Timoth. 2. & 10. dist. quoniam, de-
 cundo, ut damna quae obuenerant per lignum primis
 parentibus uertimus, per lignum crucis restitueret.
 Tertio, ut diabolum, qui per lignum vincebat, per li-
 gnum superaret: & hac duo Grego. exprimit in pra-
 fatione de crucis. Qui salutem humani generis, & c.
 de qua de consecr. dist. in. 1. inuenimus; & in 3. de
 reli. & uere. s. q. si Dominum ante medium. Quar-
 to, ut euidenter ostenderet, pro quibus restitueret
 patiebatur, scilicet pro superis angelorum rubris re-
 plendis, pro iustis de limbo educendis, pro amicis col-
 ligendis, & adiuuandis, pro inimicis reconciliandis.
 Primum designatur per brachium superius. Secun-
 dum per inferius. Tertium per dextrum. Quartum
 per sinistrum. Tertium etiam crux quatuor genera li-
 gnorum habuisse, scilicet cedrum in stipite, palmam
 in palo per longum, cupressum in ligno ex transuer-
 so, ioliu in tabula super cruce, loco quarti bra-
 chij. & datur versus: Ligna crucis, palma, ce-
 drus, cupressus, oliua. Et quomodo proprietates
 lignorum bene conueniant, in istam theologi, quod
 omitto.

Mori] de consecr. dist. 2. timorem. ubi notat, ex
 Posthuentibus separatim, de hoc de consecr. di-
 st. 2. c. 1.

Aqua] & fuit vera aqua, de qua satis, de celebr.
 miss. in quadam. & fuit aqua regenerationis, & san-
 guis redemptionis, ut ibi.

Imaculata] ad Ephes. 5. ante suam.

Sicut] ponit figuram, qua etiam inducitur Hoff.
 de celeb. miss. in quadam. ver. per hoc.
 Soporati] ergo dormitio. A de & mors Christi
 conueniunt in figura, sicut conueniunt in figura ve-
 gilans & uiuens. si de latere ergo uiuentis debuit
 formari contumax: e contra de latere uigilantis,
 fuisset Eua formata.

Formata] Genes. 2. in uentibus, ut notat
 Apostolum] ad Roma 5. post medium, ut
 Ezechiel] 1. c. & 18. in prin. Io. Gre. in 4. homi.
 super Ezechielem de visione quatuor animalium, ha-
 bentium facies diuersas, scilicet hominis, leonis, bo-
 uis, & Aquila, dicit quod iure per hominem, sicut
 tur. Math. quia cepit ab humana generatione. Callanus
 Marcus per Leonem, quia cepit a clamore in deserto, in catalogo
 Lucas per vitulum, quia cepit a sacrificio. Ioannes Glor. 2. mundi
 uero digne per Aquilam, quia cepit a diuinitate
 Christi. Sicut enim Aquila cum his anibus altius po-
 lat & irreuerberatis oculis, solis radios inuenit, sic
 isle altius ceteris ascendit, qui dicens, in principio
 erat uerbum, & uerbum erat apud Deum, & Deus
 erat uerbum, dum in ipsam diuinitatis substantiam
 intendit, quasi uoce. Aquila oculos fixit in solem.

Dixit] 19. dist. in 1. cap. 1. ad suam. Et ad littera,
 hic ponitur textus Euangelij, quem glossare non est
 meum.

Sanctorum patrum] scilicet August. super
 Ioan. sermo, 120. & 15. de ciuitate Dei cap. 26. ap-
 se & Ambros. super epist. ad Roma. & Theophy.
 super Ioan.

Plures cau-
 las, quare
 Christus mor-
 tem crucis e-
 legit, refert
 S. Tho. 3. par.
 q. 46. ar. 4.

Vide us-
 rum &
 tores lib.
 ent. dist. 2.
 ceatum 7.
 par. q. 4.
 & 4.

B. Tho-
 par. q. 17.
 de hoc.

Expon-
 do motu
 st. immo
 & penul-
 tima.

Vide S. Th.
 par. 3. q. 13.
 art. 4.

De Hypo-
 stasi plene S.
 Thom. 3. par.
 q. 1. art. 3.

De hac
 oratione
 de omni-
 B. Thom.
 par. q. 13.
 & 6.

Doctorum

Doctorum] vt Thom. 2. parte. q. 62. ar. 5. foa. Scoti super 4. sent. Fertur etiam, quod tempore concilij, congregari fuerint ad hoc theologi doctores, per Clementem, qui hoc tenuerunt.

Duntaxat] de baptis. maiores. in princip. cum suis concord. Non obsta. 79. distinctio. ca. 2. vt ibi not.

Aperuit] Sequebatur in constitutione concilij, etiam correcta, & in audientia publicata, vt dixi in proemio, quod textus Matthæi, qui dicebatur in quibusdam libris antiquis sub alio ordine hoc narrare, per anticipationem intelligi & exponi debeat. Et hoc remouit Ioannes forte ex eo, quod ille textus in Mattheo communiter non habetur. Et anticipatio dicitur, ab ante & capio, cum scilicet ante capitur, vel ponitur postponendum. supra de rescript. causam. Sed queritur, quid valeat ad fidem hoc disputasse quod hic dicitur de hoc ordine? Sine dubio coniunx Christi Ecclesia, que regenerat a Deo genitos, ita formari poterat per plagam & vndas fluentes Christo viuente, sicut Christo mortuo: nec in hoc disputatio hæc respicit fidem. Sed opinio hæc damnata, detrahit miraculo: euidentiùs enim fuit miraculum hoc de corpore mortuo, quam de viuo manasse. Item detrahit figuram hic posita, vt supra dixi. Item detrahit fidei Ioannis Euangeliste, qui vltimus Euangelium suum scribens, notabiliter expressit hunc ordinem: & his respectibus Concilium huc ordinem approbat.

Porro] Secunda pars, que duo facit: Primo quanda opinioem reprobat. Secundo illam pertinaciter tenentes, hæreticos iudicat.

Positionem] Vtuntur Theologi & artifice hoc verbo, quo etiam nos vtimur, de confess. cap. 1. vbi de hoc satis lib. 6. fatetur autem quis & credit, id quod ponit de iure iur. c. vlti. eod. lib.

In dubium] de hæreticis, dubius.

Intellectiua] De sensitiua enim & vegetatiua, non fuit opinio: sensitiua enim qua sentimus per se sua corporea, certum est, quod corrumpitur corpore corrupto, & sic non potest dubitari, quin sit corporis forma. Idem de vegetatiua qua vegetamur, nutrimur, & augmentum sumimus. in prima communicamus brutis, in secunda etiam plantis. Sed de intellectiua vel rationali fuit contraria opinio, que precipue fundabatur super ratione predicta. Cum enim vniri, non dico accidentaliter, sed per se & essentialiter, sit inseparabiliter vniri, ergo forma non potest esse sine materia propria: sed anima intellectiua, cum sit incorruptibilis, remanet corrupto corpore, corpori non vnita: ergo non vnitur corpori vt forma per se & essentialiter. Sed antequam huic inductioni respondeam, est sciendum: quod opinio hic approbata, pro qua facit de celebr. mis. in quadam. sic probatur secundum Philosophum 8. metaph. Differentia suntur a forma rei: sed differentia constitutiua hominis, est rationale: quod de homine dicitur ratione anima intellectiua: ergo ipsa est hominis forma. Item demonstratur ex ratione speciei humana: natura enim rei ostenditur ex ipsius operatione: propria vero operatio hominis (in quantum homo) est intelligere: oportet ergo, quod sortia

† De materia huius glosse videt plenissime per sanctum Thomam citatum etiam in fine glosse, par. 1. quæst. 76. artic. 1. & ibidem Canonum.

A tur speciem secundam illud, quod ipsius operis est principium: sortiam autem speciem vnumquodque per propria formam: ex quo relinquatur, quod principium intellectiua, vel anima intellectiua, sit propria hominis forma. Sed aduertendum est, quod quæto forma est nobilior, tanto plus dominatur materie corporali: & minus ei immergitur, & plus eam excedit sui virtute: vnde anima vegetabilis, plus quam forma metalli: sensibilis, plus quam vegetabilis: intellectiua ergo in nobilitate vltima, intantum excedit in homine materiam corporalem, quod habet aliquam operationem et virtutem, in qua corporalis materia in communicat: que virtus dicitur intellectiua. Demonstrat etiam id Arist. 1. de anima, quia id quo primum aliquid operatur, est forma illius cui operatio attribuitur: sicut quo primo sanatur corpus, est sanitas: quo primo scit anima, est scientia: sanitas ergo est forma corporis, & scientia forma est anime ad corporis vnionem. Secundo inducebat id quod dicit Philosophus 2. de anima, anima ergo est forma corporis: & scientia est forma anime. Certum est autem, quod primum quo viuunt corpus, est anima: & cum vita manifestetur secundum diuersas operationes in diuersis gradibus viuentium, id quo primo operamur, vnumquodque illorum operum vitæ, est anima. Anima enim est

B quo primo nutriuntur, sentimus, & mouemur secundum locum: ergo similiter id quo primo intelligimus sine dicatur intellectus, sine anima intellectiua, est forma corporis. Et hoc negans oportet, quod inueniat quomodo ista actio ei conueniat. experitur enim quisquis seipsum esse, qui intelligit. Attribuitur autem actio alicui tripliciter, vt patet 5. phys. aut secundum se totum, sicut medicus sanat: aut secundum partem, sicut homo videt per oculum: aut per accidens sicut dicimus, quod albus edificat: quia accidit edificatori esse albus. Cum ergo dicimus Andream intelligere, certum est, hoc sibi non attribui per accidens, cum hoc in quantum est homo, de ipso essentialiter predicetur: ergo aut oportet dicere, quod intelligat secundum se totum: quod etiam posuit Plato, dicens hominem esse animam intellectiua: aut dicere oportet quod intellectus sit pars ipsius anime. Primum stare non potest: quia idem ipse homo est, qui percipit se intelligere & sentire: sentire vero non potest sine corpore: vnde oportet animam sensitiua esse aliquam hominis partem, relinquatur ergo quod intellectus quo Andreas intelligit, sit pars ipsius Andree: ita quod intellectus aliquo modo ipsi corpori vnietur. Et licet aliqui dixerint, hanc vnionem esse per speciem intelligibilem, que duplex habet subiectum, intellectum possibilem, & phantasmata: alij quod intellectus ut motor unitur corpori, quod uanum esse patet multis rationibus: & ista dua sufficiant. Intellectus non mouet corpus, nisi per appetitum, cuius motio pre-supponit operationem intellectus: Non ergo ideo intelligit Andreas, quia mouetur ab intellectu, sed potius contrario, quia intelligit, ideo ab intellectu mouetur. Concluditur ergo, quod vniri ut essentialis forma. Item si anima intellectiua se haberet uomotor: certum est, quod nauis potest esse sine naua, quise habet

Opinio anima lem eff ralem damnata lura

Actio dicitur tribuere

se habet ad eam vt motor: ergo etiã possit esse, quod Christi corpus humanũ sine anima simpfisset: quod est contra fidem, supra eo. c. & supra eo. firmiter. Cũ ergo principaliter incarnatio ordinetur ad salutẽ animæ, inutilis fuisset incarnatio, si anima nõ esset essentialis corporis forma. Et per hoc vides rationem quare opinio hic damnata indicatur hæretica: quia est contra fidem incarnationis. Est etiam contra fidem resurrectionis: habet enim fides, quod resurgemus cũ corporibus, quæ nunc gestamus, vt patet eo. tit. c. firmiter. in sine primæ partis. sed si anima non esset essentialis forma corporis: ad quid resurgerent corpora, non videmus.

Opinio dicẽs animam rōna lem esse mortalem cur sic damnata vel hæretica.

Tenentes opinionem hic reprobam, primo inducebant, quod in principio dixi. Ad quod respondetur, quod secundum se conuenit animæ corpori vniri, sicut secundum se conuenit corpori leui sursum esse: & sicut leue manet, cum a loco proprio fuerit separatum cum aptitudine & inclinatione ad proprium locum: ita anima humana manet in suo proprio esse: cum fuerit a corpore separata, habens aptitudinem et inclinationem naturalem ad corporis unionem. Secundo inducebant, quod dicit Phil. 3. de anima. quod intellectus est separatus, et quod nullius corporis est actus: ergo non vnitur corpori vt forma. Sed dic, quod Philo. intelligit separatum: quia intellectus nõ est virtus alicuius organi corporalis, sicut virtus visiva oculi: constat etenim quod intelligere non est actus, qui possit exerceri per aliquod organum corporale, sicut visio: sed est in materia inquam ipsa anima, cuius est hæc virtus, est hominis forma & terminus generationis humane. Et quod sit in materia probatur. 2. Phy. quia homo generat hominẽ: dicitur ergo anima intellectiua separata secundum virtutem intellectiuam, quæ non est alicuius organi corporalis. Et sic etiam respõdetur ad id quod tertio dicebant, quod si intellectus vniretur corpori vt forma, cum omne corpus habeat determinatam materiam, sequeretur, quod intellectus haberet determinatam materiam, & sic non esset cognitiuus omnium, quod est contra rationem intellectus. Sed dico quod hoc procederet, si virtus intellectiua esset actus organi corporalis. Fateor enim actus illos, visus cum oculo, tactus cum manu, et similes bene oportere limitari ex materia: sed cum anima intellectiua his organo non vnatur, limitationi non subiacet. Dicebant quarto, quod cum anima sit quid subsistens, & habeat esse secundum se: ergo alterius forma esse non potest: quia forma dat aliquid esse, & sic esse formæ non est ipsius formæ secundum se: anima ergo intellectiua habens esse suum, & suũ subsistens, non vnitur corpori vt forma. Ad quod respondetur, quod anima intellectiua illud esse in quo subsistit, communicat corporali materię, ex qua materia & anima intellectiua fit vnũ: ita quod illud esse quod est totius compositi, est etiam ipsius animæ, quod non est in alijs formis, quæ non sunt subsistens. Et propter hoc anima humana remanet in suo esse, destructo corpore, non autem aliæ formæ. Curiosus qui hoc plenius disquirere uellet, uideat in summa S. T. h. par. 1. q. 76. in prin. 10. & And.

Catholicæ] fidei, quod sequitur, & postpositum fuit vt enitaretur hiatus: quod propriæ in Rhetorica di

A citur, cum vocalis eadem sequitur vocalem.

Pertinaciter] pertinacia in malo, perseverantia in virtute, unde pertinax valde imprudenter tenens durus, irrenocabilis, indocilis, obstinatus, et idem verbum infra de vsur. ex graui. s. penult.

Pertinax qui dicitur.

Ad hoc] tertia pars, primo ponens de esse baptis mi. Secundo de ipsius effectu. 10. & And.

Vnicum] quare sic dicitur, habetur de consec. dist. 4. aliud.

Vnus] ad Ephes. 4. habetur de hac triplici vnitate, & infra de exce. prala. frequen. ad finem. & infra de sentent. excom. c. 1. & vt dicit Ambro. lib. de trin. & exponit magister. 1. sent. 2. q. dist. circa prin. cum vnũ dicimus Deum, vnitas excludit numerũ Deorum: nec quantitatem in Deo ponit: quia nec numerus, nec quantitas in Deo est.

Deus] in hoc verbo, ponit causam efficientem baptismi.

Vnica] licet specie differat, quod dicit vt no. Ber. supra. eo. tit. super rubr.

Confitendum] unde in simbolo dicitur, Confiteor vnũ baptisma.

In aqua] causa materialis.

In nomine] causa formalis.

Perfectum] sine penitentia exteriori. de consec. dist. 4. sine penitentia.

Remedium] causa finalis.

Theologi] & canonistæ. de hoc de consec. dist. 4. nihil, & c. paruuli.

Opiniones] est sciendum, quod prima fuit opinio Donatistarum, quod paruuli inutiliter baptizabantur: quæ reprobata est, & ad ipsorum rationes responsionem est de baptis. maiores. Sed ibi dubium est relictum, an paruulis infundantur virtutes & gratia: quod hic soluitur. Est ergo hic sciendum, quod quorũdam fuit opinio, quod pueris nullo modo dantur virtutes in baptismo, sed solum ab originali mundantur sed postea quando decedunt, vel quando perueniunt ad ætatem adultam, eis virtutes infunduntur, si seruent innocentiam. hanc communiter Theologi reprobant, per id quod habetur Ecclesiastes 1. quod sonat illud quod habetur 2. 5. distinct. qualis in princ. quare si pueris ante mortem non fuerint concessæ virtutes & gratia informans, in morte non conferentur: et sic non saluabuntur, quod est falsum. Error autem huius opinionis, videtur fuisse ex ignorantia discernendi habitum ab actu.

† Hanc hærem S. Aug. in libro de hære. lib. c. 88. Pelagianis attribuit.

Alij dixerunt, quod pueris dantur virtutes et gratia: non tamen in seipsis, sed in sua radice, scilicet characteri sacramenti, cuius virtute cum venerint ad perfectam ætatem, & cum perfectis organo soluta fuerint potentie, consequenter gratiam & virtutes.

Et Hug. videbantur miscere hanc opinionem primæ de consec. distinct. 4. nihil. Sed quod hoc esse non possit, patet: quia si puer verteret in furiam ante perfectam ætatem potentie in eo non soluerentur: & ita nunquam haberet virtutes explicite. Item quod potentie sint aliquo impedimento ligatæ, non impedit habitum, sed actum: quia dormientes & vinolenti habitus habent, sed ligatos.

Tertia] fuit hic opinio approbata, quod virtutes & gratia dentur in habitu ligato propter pueritiam, sicut

† Vide citatos in comen tario huius Clementing.

Actio tribuunt

sicut in dormiente propter somnū; sed discedete pueritia, inclinatur ad bene operādū; nisi aliquid Spiritui sancto resistat; & habetur de hoc figura 1. Reg. 17. ubi David paruulus armatus Saul regis, non potuit eis vti contra Goliath. Sic puer in baptismo armatus gratia & virtutibus propter imbecillitatem, illis vti non potest quo ad actum. Et quod hoc sit verum, patet: quia cum pueri sicut adulti per baptismum efficiantur membra Christi, necesse est, quod à capite recipiant fluxū vel fructus gratia & virtutis, cuius influxionis non est impedimentum ex parte Dei, qui omnes vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. 1. ad Timoth. 2. & supra de baptis. maiores. vers. absit. Nec ex parte gratia, quae ex vi sacramenti omnibus praesto est, & facit de consec. dist. 4. sine poenitentia. Nec ex parte sacramenti, quod pro omnibus institutum est: nec ab illo vllus excluditur, vt in decr. maiores. vers. cum ergo. Nec ex parte paruuli, qui nec resistit, nec resistere potest infusioni gratia: nec curamus ipsius reluctantiā vel genitū in baptis. de consec. dist. 4. c. sine poenitentia. Nec ex parte Ecclesia, in cuius fide saluatur: & quae nulli claudit gremiū, de her. su. per eod. li. 6. nec aliquem decipit. 27. q. 1. de viduis. de do. per tuas. Huius autem opinioni approbata non obstat, quod habitus virtutum habilitat ad actum: sed pueri non sunt habiles ad agendum, quae secundū virtutes sunt; ergo non recipiunt habitum virtutū in baptismo. Nam dico, quod habitus facit habitū ad actum tollendo inhabilitatem, quae est ex imperfectione potentia, non quae est ex parte corporis, vt patet in dormiente. Nec obstat, quod dicitur, in noua in fluentia oportere, quod recipiens vel influēs aliter se habeat nunc, quam prius: sed anima pueri baptizati, non alio modo se habet in instanti post baptismū, quā prius: quia caret vtroque tempore vsu liberi arbitrij. Itē nec Deus influēs, aliter se habet. Cōcluditur ergo, quod pueri etiam baptizati gratiam & virtutes non recipiunt. Ad quod responderetur, quod licet agēs principale sit immobile agens instrumēta le, aliter se habet nunc, quam prius ad puerum: quia nunc & non prius baptizatur. Ex quo etiam sequitur, quod aliter se hēt baptizatus: quia nunc & non prius impressus est character in ipso. Itē constat, quod sine aliqua sui immutabilitate, Deus sine sacramēto possit gratiā cōferre, vt patet in sanctificatis in vetero, de venun. nisi cum pridem. in prin. curiosus etiam videre possit in D. Tho. 4. sentent. dist. 4. & in tertia parte sum. q. 68. & 69.

Virtutes] de theologicas non est opinio inter modernos, sed de moralibus sic, vt infra dicā. dicuntur autem virtutes, quasi virum tuentes, & praeseruatres a vitijs. de pen. dist. 2. illa anima, & c. seq.

A Informans gratia] hanc multi Theologi dicunt idem esse in re, quod habitus charitatis, tū quia charitas & gratia habēt easdem operationes: tū quia dicit Aug. 15. de trini. cap. 18. loquens de charitate, nullum est isto Dei dono excellentius. Sed omnino dono distincto a gratia, ipsa gratia excellentior est: tum quia si sic distinguerentur, possent a Dei virtute separari, & sic aliquis esset Deo gratus, sed non charus, & e conuerso. Alij vero dicunt, quod gratia est habitus, qui fundatur in voluntate.

Ad habitū] de similibus de baptis. maiores. ver. quamuis in prima glossa.

B Omnis] etiam sic recipiētibus, quo ad characterem et gratiā gratis datam: sed non ad gratiā facientem gratum, nisi cum fictio illa recesserit. de consec. dist. 4. tunc valere, & c. per.

Sanctorum, ac Doctorum modernorum] De sanctis habemus Augustinum contra Iulianū. li. 1. de baptis. paruulorum, Doctores habemus magistrū sent. 4. dist. in prin. & ibi Alex. Alber. & D. Th. apertius. Et beniter omnes Theologi moderni in hoc cōcordāt, quo ad virtutes theologicas, scilicet fidē, spem, & charitatem; sed de virtutibus moralibus, vt iustitia, fortitudine, temperātia, prudentia, & alijs de quibus 28. q. 1. §. ex bis. bene discōrdāt moderni Theol. D. Thom. enim & sui tenent et morales infundis, nam ut dicunt, morales acquiruntur & non ordinantur ex se in ultimum finē, nec inclinant quod homo sit bene mobilis a Spiritu sancto: ergo necesse est fieri illas infusas. Sed qui tenent cōtrariū, respondent ad hoc, quod morales acquiruntur coniunctae charitati, quae est forma virtutum, ut rursusque sufficienter peragunt: & sic non est necesse ponere eas infusas. Inducunt etiam isti illud Phys. q. frustra sit p.

C plura, & c. ut dixi in principio capituli; sed per virtutes morales acquiruntur potest homo cum theologicas finem suū acquirere sine moralibus infusis. Propter enim est charitatis, nos Deo vltimo fini coniungere. Est enim secundum Augusti. veltissima affectio, quae nos Deo coniungit: ergo non requiritur infusis Theologicis, & aliae virtutes morales infundantur. Itē si paruulis infunderetur, ergo & adultis; sed experimur, quod adultus non sic baptizatus, non plus se sentit sobrium, prudentem, temperatum, vel iustum, quam prius: & si infunderetur, sentire deberet, ex quo etas non impedit, cum virtus moralis sit habitus inclinans per modū naturae: quia secundū Philosophum. 2. Ethic. Virtus est, quae habentē perficit, & opus eius bonū reddit: ergo cum sacramētū baptismi sit commune, omnia gratis donas, videtur, quod non infundatur adultis nec paruulis.

E Eligenda] ergo illam sequi reuenerunt de hoc eod. tit. c. vnico. lib. 6. in 6. glossa.

29

Inquisitorum cum Commentarijs.
EX CODICE IVSTINIANI TIT. DE SVMMA
Trinitate & fide Catholica: & vt nemo de ea publice
contendere audeat.

I. I. Imp. GRATIAN. VALENTIN. ET THEOD. A. A. A.

CVNCTOS a populos, quos clemen-
tia nostra regit imperiū, in tali vo-
luntate religione versari, quā b diui-
num Petrum Apostolum tradidisse
Romanis, religio vsq; adhuc ab ip-
so in sinuata declarat, quanque Pontificem Da-
masum sequi claret, & Petrū Alexandria Episco-
po virum Apostolicæ sanctitatis: hoc est, vt se-
cundum Apostolicam disciplinam, Evangelicā
que doctrinam, Patris, & Filij, & Spiritus sancti
vnam deitatem sub pari maiestate, & sub pia trini-
tate credamus. Hanc legem d sequentes, Chri-
stianorum catholicorum nomen iubemus am-
plecti: reliquos e vero dementes, vefanosque iu-
dicantes, hæretici dogmatis infamiam sustinere
diuina primum vindicta: post etiam motus ani-
mi nostri, quæ ex cælesti arbitrio sumpserimus,
vitione plectendos.

*Dat. III. Kal. Mart. Thessalonica, Gratiano A. V.
& Theodosio A. Conf.*

COMMENT. IIII.

CVNCTOS populos, quos clementiæ
nostræ regit imperium.] Hoc est edictū
Gratiani, Valentiniani, & Theodosii ad populū vr-
bis Constantinopolitanæ, editū anno Domini 382.
idē habetur in codice Theodosiano lib. 16. tit. 1. l. 2
& in tripart. hist. eccl. li. 9. c. 7. ex Sozomeno. Quia
enim tunc potissimum varia hereticorū secta exor-
ta fuerant, variosque errores illius ætatis hæretici
seminabant, edictū fuit vniuersis, vt rectam re-
tinerent fidem. quæ autem ea sit, hoc loco explicant
Imperatores quam breuissime. deinde in contempto
res penam statuunt.

b Quam diuinum Petrum Apostolum tradi-
disse Romanis religio vsque adhuc ab ipso in-
sinuato declarat.] In plerisque codicibus legitur, di-
uinum, legendum tamen est diuinū, vt in manuscri-
ptis, & codice Theodosiano, & historia tripartita.
Iam sanctum Petrū diuinitus Romanæ Ecclesiæ
presuisse, eamque insigni vna cum Paulo consecras-
se, ac minuisse martyrio, manifestum est. cap. quam-
uis. 2. 1. distinct. docetq; grauius & vere sanctus
Augustinus tom. 10. de sanctis, sermone 3. in festo
Apostolorum Petri & Pauli: quam Romanā Ec-
clesiam diuinis docemētis, & institutis instructā
reliquis Christus presecit velut matrem & magi-
stram, a qua ceteræ & fidei regulas, & viuēdi, ac
celebrandi diuinos cultus & sacramenta, ritum ac-
cipiunt: id quæ eleganter docet Leo primus epistola 79.
ad Dioscorū Alexandrinum Episcopū, cuius verba

A quia clarā lucē huic legi afferunt, nō duximus omit-
tēda. habent autem ita: Cū enim beatissimus Pe-
trus Apostolicum a Domino acceperit principa-
tum, & Romana Ecclesia in eis permaneat insti-
tuta; nefas est credere, quod sanctus discipulus
eius Marcus, qui Alexandrinam primus Eccle-
siam gubernauit; alijs regulis traditionū suarū
decreta formauerit, cum sine dubio de eodē fon-
te gratiæ vnus Spiritus fuerit, & discipuli & ma-
gistri, nec aliud ordinatius tradere potuerit, quā
quod ab ordinatore suscepit. Non ergo patimur

B vt cum vnus nos esse corporis & fidei fateamur
in aliquo discrepemus: & alia doctoris, alia di-
scipuli instituta videātur. hactenus ille. optime er-
go Imperatores hoc loco iuxta fidem a Petro tradi-
tam, & a cæteris acceptam ab eo, & obseruatam
credere iubent.

c Hoc est vt secundum Apostolicam discipli-
nam, Evangelicāque doctrinam, Patris, & Filij,
& Spiritus sancti vnam deitatem sub pari mai-
estate, & sub pia Trinitate credamus.] Hæc verba
cum Concilio Cartaginensi secundo celebrato circa
tempora Siricij Papa æra 428. mihi videntur cōue-
nire, vbi c. 1. cautum est, vt Trinitatis in unitate
essentiæ fides credenda proponatur, & predicetur.
Eum locū, quia valde insignis est, referre placuit.
habet autem ita: Et sicut a patribus certa dispo-
sitione accepimus, ut Trinitatem, quam in no-
stris sensibus consecratē retinemus, Patris, & Fi-
lij, & Spiritus sancti unitatem, quæ nullam no-
scitur habere notitiam, sicut didicimus, Dei po-
pulos instruamus. Ab vniuersis Episcopis di-
ctum est: plane sic accepimus, sic tenemus, fi-
dem Apostolicam sequentes. hæc ibi. Eodem spe-
ctat decretum cōcilij Romagenis relatum a Bur-
chardo libro secundo Decretorum, cap. 59. Eadem
Trinitatis in unitate essentiæ fidem luculenter ad-
struit Alexander Papa primus Epistola quadā ad
omnes orthodoxos, quæ incipit: Cogitantibus nobis
Habetur autem in primo concil. tomo. pag. 172. ex
Suriana editione.

D Hanc legem sequentes Christianorum ca-
tholicorum nomen iubemus amplecti.] Optime
scripsit. hoc loco Odofredus & Accursius magnū
premiū esse, ut seruus vocetur nomine Domini; a
Christo enim Christiani iubemur appellari: huic au-
tem disto, ut fidem orthodoxam sequentes Chri-
stiani uocentur, causam prebuit hereticorum au-
dacia, & dementia, qui relicto Christianorū nomi-
ne, heresiarcharum appellationem assumebant, di-
cētes se Manicheos, Arrianos, & c. quamquam nō
hic primum fideles sunt dicti Christiani; quoniam,
ut constat ex Actibus Apostol. c. 11. circa finem,
discipuli

Romā mar-
tyrio conse-
crant Petrus
& Paulus.

Christianorum
nomen à di-
scipulis or-
tum.

discipuli Domini iam Christiani dicti sunt. Scriptū
est enim ibi ita: Et docuerunt turbam multam,
ita vt cognominarentur primum Antiochia di-
scipuli Christiani. quod nomen ceteris fidelibus
reliquerunt: vt egregie docet sanctus Augustinus
in Ioan. cap. 18. tract. 113. in hec verba: Quamuis
enim discipuli Christi nondū appellarentur hoc
nomen; post Ascensionem quippe eius, in An-
tiochia primum cœperunt appellari discipuli
Christiani; iam tamen erat res ipsa illo postea vo-
cabulo nuncupanda; iam erant discipuli, qui po-
stea appellari sunt Christiani, & hoc commune
nomen, sicut communem etiam fidem ad poste-
ros transmiserunt. hec Augustinus. Idem quoque
dicitur sunt Catholici, eo quod vniuersis Christiane le-
gis preceptis obedirent, ut optime scripsit diuus Pa-
cianus Episcopus Barcinonensis uetusissimus Epi-
stola quadam de nomine Catholico.
Reliquos vero dementes, velanosq; iudican-
tes hæretici dogmatis infamiam sustinere] Hec
est una & grauis hæreticorum pena, qua efficiun-
tur infames, ex qua oriuntur multi effectus, quos
si formidassent hæretici, facile in recta fide continua-
rentur.

Ac infamia quidem multiplex est, una iuris, al-
tera facti, tertia canonica, & illa que ab excommu-
nicatione descendit. Duabus postremis omiſſis, de
primis breuiter dicendum est, quoniam ad hunc lo-
cum spectant. Facti infamiam appello eam, que ori-
tur ex turpi aliquo actu, & opinionem apud bonos
grauat, que contingit multis modis, ut docet Dynus
in cap. infamibus. de regulis iur. lib. 6. & Iason hac
lege. Iuris autem infamiam appello eam, que descen-
dit ex legibus nominatim cautentibus, ut qui tale
delictum commiserit, infamis eo ipso habeatur.
Præterea illud est obseruandum, bifariam aliquos
dici iure infames: uno modo ipso facto, quales sunt
illi, qui per legem notantur infamia, alij demum
secuta sententia, ut in furto, in bonarum raptorem,
& similibus scribitur hic Iason, & ceteri tum hic,
tum alibi.

An inquisito-
res famæ re-
stitueret pos-
sint.

His ita postis primum hic queritur, qua infa-
mia notentur hæretici, ac primum quidem iure no-
uo certum est, hæreticos omnes cuiuscunque sectæ
ipso iure infames esse, authen. Gazaros. C. de hereti-
cis. de iure autem veteri nunquid per hanc legem essent
ipso iure infames hæretici, ualde a nostris dubita-
tum est. nam cum Accursius & nonnulli alij hic
animaduertent hæreticos infamia notari, & infa-
mes a testimonio repelli. l. 3. §. lege Iulia, ff. de te-
stibus. hæreticos uero ad testificandū admitti. l. quo-
uiam. C. de heretic. admiserunt hæreticos saltē an-
te sententiam non esse ipso iure infames. ita Bal. hic
in 5. oppositio. num. 38. Ias. in 2. lectura. nu. 43. &
Alciatus uersicu. hæretici dogmatis. & Zasius in
§. sic itaque discretis, Institut. de actio. Ceterū quā-
uis libenter communes probatorum doctorum sen-
tentias amplecti soleamus, hoc tamen loco merito
ab his dissentiendum putamus, pro certo Statuētes,
etiam per hanc legem hæreticos ipso iure infamia
notatos; neque enim hic Imperatores solum decla-
rare uoluerunt hæreticos ideo infames esse censen-

dos, quia turpe & indignum factum, aut scelus cō-
mittunt; id enim omnibus catholicis iam tunc in si-
de instructis notum erat, cum ob id cauēdos & su-
gēndos hæreticos ubique decreuissent; nam & san-
ctus Ioannes scripsit. hæreticos non esse dicendum,
aut, & diuinus Paulus monuit eos esse deuitandos;
sed plane hoc statuere uoluerunt, ut ipso iure fierent
infames.

Ad hec, si Imperatores solum statuissent heret-
ticos infamia facti notari, legem sane condidissent
de re certa & manifesta, cum utique notum sit, he-
reticos turpe factum committere, eorumque opinio-
nem ob id scelus, apud bonos ualde diminui & gra-
uari: leges autem de casibus dubijs esse debent. l.
quod Labeo. ff. de Carbo. edicto, ubi communiter
Doctores & Panormitanus i. c. cū in iure peritus.
de electio. & Bartolus quidem hic in nona opposi-
tione aperte sequitur hanc sententiam dum ait; Nā
si bene inspicitur, primo dat eis poenam ipso iu-
re, & uocantur infames, &c. neque huic sententię
aduersatur d. l. quoniam. C. de here. nam ibi casus est
singularis, ne copia probationū deficiat, qui ius cō-
mune non infringit.

Ex his poterit declarari questio illa, An heret-
ici notentur infamia ipso facto, an ita demum si se-
ntentia pronuntiatā fuerit super crimine; & plane
qui contendunt hæreticos iure ueteri non fieri ipso
iure infames, post sententiam latam infamia tantū
notari aut uant, inter quos est hic Alciatus quem
sequitur Iacobus Spigellus in Lexico uersic. heretici
omnes, & alij siquisunt, qui paucissimi sunt, sed
uerior est sententia Alfonso de Castro lib. 2. c. 9. ad-
iusta hæreticorum punitione, asserentis ante senten-
tiam infames esse; quod ex superioribus apertissimo
infertur, atque hanc etiam sententiam tuetur Pau-
lus Castrensis hic. n. 18. idem uidetur asserere Bar-
in 9. oppositio. num. 11. & 12. nam si heretico-
rum complices reuēntes intra annum satisfacere,
ut hæretici puniuntur, & ipso iure fiunt infames. c.
excommunicamus. v. §. credentes, multo magis id
hæreticus eueniet; quia propter quod unumquod-
que est tale, & illud magis, Aristoteles lib. 1.
de demonstratione, authen. multo magis. de sacros,
eccles.

Hec autem infamia multos operatur effectus, et
incommoda ingentia parit, que nos copiose lib. 8. de
penis hereticorum, sumus persecuti. inter que illud
est potissimum, quod etiam in filios redudat: propte-
rea enim ab omnibus beneficijs & officijs publicis
repelluntur. ca. statutum. de heret. lib. 6. quod in 3.
par. apud Eymericum copiose diximus.

Præterea illud est hic inquirendum, An inquisi-
tores hereticæ prauitatis possint hæreticis hanc
infamiam, de qua diximus, remittere, aut eos hono-
ri restituere; & quamuis late pateat inquisitorum
potestas, non tamen possunt hanc infamiam tolle-
re; quia cum inquisitor sit index delegatus. cap. per
hoc. de hereticis, libro 6. non potest fines mandati
transgredi. cap. penul. de off. delegati. e. cum dilectus.
de rescript. l. dil. genter. ff. mandati. hoc autem ius
quam est sibi permissum, & propterea facere non
poterit. ita Zanobius & vtriusq; tractatu de hereti-
cap.

heretici
o corp
uris infa-
mari.

Heretici
re senten-
tiam
infames.

Qui
mia
tur.

ynodus
xna qu
elebrat

cap. 28. vbi Cam pegius. Paulus Ghirlandus tract. de relaxati. carceratorum. tit. de beneficio & indulgentia principis, & alij quos in re manifesta omitto: & quod de Inquisitore dixi, idem est de Episcopo intelligendum: nam neque is potest hereticos sanare restituere, vt optime citato loco probat Zauchius: restituer autem summus Romanus Pontifex: nam nunquid etiam collegium Cardinalium possit, non est huius loci inquirere, nec nostra breuitatis.

heretici quia o cooperint uris infamia locari.

Postremo obseruandum est, non esse hic primis hereticos infamia notatos, nam iure canonu multo antea Stephano Papa eius nominis primus, anno videlicet Domini 261. infames esse sancit. Epistola quadam ad Hilarium episcopum, quam refert Gratianus in c. infames. 6. q. 1.

Infames, inquit, esse eas personas dicimus, que pro aliqua culpa notantur infamia: id est, omnes qui Christiana legis normam abijciunt, & statuta ecclesiastica contemnunt, &c.

I. 2. IIDEM A A. EVTROPIO Praefecto Praetorio,



VLLVS hereticus, & infra. Vnius & summi Dei nomen vbique celebratur. Nicene fidei dudum a maioribus tradite, & diuinae religionis testimonio atque assertione firma te obseruantia semper menura tenear. Is autem Nicena assertor fidei, & catholicae religionis verus cultor accipiendus est, qui omnipotentem Deum & Christum filium Dei vno nomine cofitetur: Deum de Deo, lumē de lumine: qui Spiritum sanctum (quem ex summo rerum parente & speramus & accipimus) negando non uolat: apud quem intemeratae fidei sensus, viget, & incorruptae trinitatis in diuina substantia, quae graeco verbo, *homoousia* recte credentibus dicitur. Hae profecto nobis magis probanda: hae ueranda sunt.

Dat. IIII. Id. Ianuarij. C. P. FL. Eucharico et F. L. Syagrio CC. Conf.

COMMENT. V.

NVLLVS hereticus. Lata est haec lex ab eisdem Imperatoribus a quibus & superior. anno Domini 383. ex ea id solum fragmentum desumpsit Emericus, quod instituto suo conueniebat, quod est, *coestabilire fidem*: & ideo initium & finem susulit. Synodum Nicenam obseruanda iubet, & quo in ea sunt sancita diuinitus.

synodus Nicena quando celebrata.

Nicena fidei dudum a maioribus tradita. Hae fuit synodus illa celebris tempore Constantini & Syluestri Papae celebrata interuentu 318. Episcoporum, era 363. Sunt qui scribant Nicenam synodum initium habuisse anno Domini 326. sine uero 329. in hac dānatus est. Arrius, eiusq; omnia dog-

A mata & sectatores, stabilitusque articulus de Christo uero filio Dei, Patri equali & consubstantiali que breuissime hic indicatur. Aet est haec synodus tribus annis, & paulo ultra Niege. ea est ciuitas Asiae, Bithyniae Metropolis. Confirmata fuit haec synodus insigni miraculo, de quo Nicephorus li. 8. c. 23. nam cum ex vniuersis patribus duo decessissent priusquam professionis fidei scripto subscriptionem suam apposuissent, reliqui patres gesta concilij eius in manibus gerentes, ad sepulturam eorum accesserunt, deprecantes, vt postquam clare intuebantur in caeli, quod in synodo cum ceteris decreuerant, dignarentur libello subscribere, qui acta continebat, quem super sepulchro relinquentes, abiierunt, et aq; noctem duxerunt infornem: post die ad locum eum redeuntes, & libellum explicantes illorum duorum episcoporum subscriptiones agnouerunt in haec uerbo: Chrysanctus & Mufonius, qui cum patribus omnibus in sacra prima ecumenica Niegna. Synodo consensus, quamuis corpore translati, manu tamen propria nos quoque libello subscripsimus. haec ibi.

B Is autem Nicena assertor fidei, & catholicae religionis verus cultor accipiendus est, qui omni potentem Deum, & Christum filium Dei vno nomine confitetur deum de deo, lumen de lumine. Extat epistola synodalis de gestis in Nicena synodo ad Alexandrinos, & alios conscripta, de qua Nicephorus libro 8. cap. 24. vbi hoc definitiue se contra Arrium, quod hoc loco commemoratur, luculenter explicat in haec uerba: itaque scitote primo omnium inquisitum esse in impietatem, & prauiaricationem Arrij, sectatorumque eius: & in praesentia dei amantissimi Imperatoris Constantini consentientibus omnium sententij placitum, vt anathemate impia eius opinio uoces atque uerba blasphemata condemnarentur, quibus ille filium dei blasphemans usus est, ex non existentibus illum esse dicens, & fuisse aliquando cum non fuerit, & arbitrii libertate uitij uirtutiq; capacem esse filium dei, creaturam eundem & facturam nominans. Quae omnia sacra synodus anathemate subiecit, ne audire quidem impiam opinionem, mentis uecordiam, blasphemiamque eius uerba Iustinen. haec ibi. quae hunc locum ualde illustrant.

C Qui Spiritum sanctum (quem ex summo reru parente & speramus & accipimus) negando non uolat. Accursius & Salycetus hanc legem a quodam Graeco scriptam fuisse, qui neget Spiritum sanctum a filio quoq; procedere, inuicem commiscunt, cum nihil possit elegantius ex cogitari. Aleiatus uero, agnoscens difficultatem hic docet subaudiendum: & filio. In Codice Theodosiano ita legitur: qui id, quod ex summo rerum parente speramus, accipimus. Antonius Continus hunc locum ita putabat emendandum: a quo id quod ex summo rerum parente speramus, accipimus. quae inquit, lectione admissa, subauditione Aleiati opus non erit.

Melius tamen erit nullis additis aut subauditis, quod nobis in legibus facere non licet, ad Theologice

Locus de professione Spiritus sancti declaratus.

heretici te sententia infames.

Quia...

gia secreta recurrere, vt me monuit frater Paulus Constabilis sacri palatii Magister, qui fuit deinde totius ordinis Fratrum predicatorum Magister Generalis, ut dicamus, retenta communi lectione, verbū illud, summo rerum parēte, hoc loco stare seu accipi posse essentialiter & personaliter iuxta vera dogmata Theologorum, cum enim hic (vt verba ipsa in dicant) non sit sermo de aeterna Spiritus sancti processione a Patre & a filio, sed de communicatione gratiae vel donorū ipsius, secundum quam ipse seipsum dat, vt ait Magister sententiarū lib. 1. dist. 30. & a Patre simul & a Filio datur, apte per summū rerum parentem, & totam sanctissimam Trinitatē intelligere possumus, a qua gloriam in futuro speramus, & gratiā accipimus in praesenti, possumus quoque per summum parentem, Deum Patrem intelligere, a quo Spiritus sanctus datur et mittitur, nec propterea uideri debet Filius exclusus, quoniam nominatus non est; nam vt recte ait sanctus Thomas pa. 1. q. 36. art. 2. ad primum argumentum, regulariter in sacra scriptura, aut ubi de diuini personis agitur, id quod de Patre dicitur, de Filio et intelligere oportet, et ita si inquit sanctus Thomas, dictio exclusiua addatur, nisi, solum in illis in quibus Pater & Filius secundum oppositas relationes distinguuntur, cum enim Dominus Matth. c. 11. dicit: Nemo nouit Filium nisi Pater, non excluditur, quin Filius seipsum eognoscat, ergo cum hic aut alibi dicitur, quod Spiritus sanctus a summo rerum parente spiratur & accipitur, etiam si adderetur, a solo rerum parente seu Patre, non ob id Filius excluderetur: quia quantum ad hoc quod est dare Spiritum sanctum, non opponitur, Pater, & Filius, sed solum quantum ad hoc quod hic est pater, & ille Filius. His penitus consentit sanctus Hieronymus in confessione fidei, quam asserit Eymericus paulo post, hac par. 1. dicens: Nec est proorsus aliquis in Trinitate gradus, nihil quod inferius superiusue dici possit: sed tota deitas sui perfectione equalis est, vt exceptis uocabulis, quae proprietatem personarum indicant, quidquid de vna persona dicitur, de tribus dignissime possit intelligi. Haecenus Hieronymus.

1.4. IMPERATOR MARTIANUS A.

Palladio Praefecto Prae.

NEMO clericus uel militaris, uel alterius cuiuslibet conditionis, de fide Christiana publice turbis coadunatis & audientibus tractare conentur in posterū; ex hoc tumultus & perfidia occasionem requirens. Nam & iniuriam facit iudicio reuerendissimae synodi, si quis semel iudicata ac recte disposita, reuoluere & publice disputare contenderit, cum ea, quae nūc de Christiana fide a sacerdotibus, qui Chalcedone conuenerūt, per nostra praecipua statuta sunt, iuxta Apostolicas expositiones & in scriptura sanctorū Patrum trecentorum decem & octo in Nicæa, &

centum quinquaginta in hac regia vrbe definita esse noscantur. Nam in contemptores huius legis poena non deerit, quia non solum contra fidem vere expositam ueniunt, sed etiam Iudaicis & Paganis ex huiusmodi certamine profanant ueneranda mysteria. Igitur & si clericus erit, qui publice tractare de religione ausus fuerit, a cōsortio clericorum remouebitur: si uero militia praeditus sit, in iugulo spoliabitur. ceteri autem huius criminis rei, si quidem liberi sint, de hac sacratissima urbe expellentur, pro vigore iudiciario etiam competentibus supplicijs subiugandi: si uero ferui, securissimis animaduersionibus plecentur.

Dat. VIII. Id. Febr. Constantinop. Patricio Consu.

COMMENT. VI.

NEMO clericus.] Hoc est edictū Martiani Imperatoris in cōfirmatione Cōc. Chalcedonēsis, quo cauet, vt nemini liceat de fide habere coram populo disputationes, aut semel iam definita in dubium reuocare. Extat hoc edictum in Concilio Chalcedonēsi actione 3. cum praefatione & epilogo, quae hic abscissa sunt, ubi autem ita habetur: Edictum siue leges sanctae Memoriae Valentiniani & Martiani Imperatorum, quas quidem leges beatissimus Papa Leo in suis confirmauit epistolis, quibus interdicitur prohibētque disputationes de fide coram uulgo, & confirmantur Chalcedonen. Concilij decreta, atque statuta.

Ceterum obseruandum est, nō absolute prohiberi disputationem de fide catholica, sed cum ex ea disputatione queritur occasio tumultus & perfidiae, & iam definita in dubium reuocantur.

Hanc legem eo consilio huic operi inseruit Eymericus, vt doceremur has ueritates, uidelicet nec publice occasione tumultus excitandi de fide differendum esse; nec semel per Ecclesiam rite definita & stabilita, in dubium esse reuocanda, quae nos suis locis interpretabimur.

[Nemo clericus.] Sed de clericis dubium uidebatur, hoc est, de personis religiosi, presbyteris seu sacerdotibus, quibus solis predicare & de fide tractare iura concedunt, cap. Ad iudicimus. 16. qu. est. 1. cap. Diaconus. 93. distinc. ubi Turrecremata, idem Turrecremata iur. placuit 16. q. 1. vt multis docuimus. par. 2. super c. cum ex iniuncto, de haeret. et propterea non debuerant prohiberi, quominus de fide disceptarent: sed non inhibetur eis, ut dixi, simpliciter & absolute, sed cum ex hoc perfidiae occasionem querunt.

[De fide Christiana publice turbis coadunatis, & audientibus tractare conentur in posterum ex hoc tumultus & perfidiae occasionem requirens.] Hinc colligimus manifesto non prohiberi simpliciter omnem de fide disputationem, sed eam solam, quae suscipitur causa seminandorum errorum: alias enim cum haereticis disputare, ut gloria Dei manifesta fiat, & ueritas Catholica defendatur, licitum est; immo & quandoque necessariū id

id quod respiciens Paulus diuinitus ad Titum scribens cap. 1. ait, oportere ut episcopus doctus sit, ut exhortari sciat in sacra doctrina, & eos qui contra dicunt arguere, de quo articulo agit plenissime Eymericus paulo post, q. 10. & nos ibidem late in commentarijs eiusdem questionis. interim videndus Conradus Brunus lib. 5. de heret. cap. 4. & lib. 6. cap. 8.

Cur semel definita legem in dubium reuocari non debeat.

c Nam et iniuriam facit iudicio Reuerendissimæ synodi, si quis semel iudicata ac recte disposita reuoluere & publice disputare cōtenderit.]

Ratio cur iniuria fiat, manifesta est: quis enim concedat plus esse tribuendum singulorum opinionibus de fide arbitratus suo disputantium, quam definitis in synodis legitime congregatis, in quibus nutu Spiritus sancti Patrum corda reguntur? Tam multis rationibus optime statutum est, ne semel definita in dubium reuocentur: nam si quæ semel sunt salubriter constituta & decreta, in dubium reuertentur, nullū profecto stabile Ecclesiæ iudicium aut statutum contra quoslibet errores permaneret. Rursus eiusdem semper furoribus omnis statuta semel veritas, & integra Ecclesiæ definitio turbaretur. ita Gelasius Papa I. ad episcopos Dardaniæ epistola quæ incipiente Valde miratis summus. dicens: Quæ maiores nostri diuina inspiratione cernentes, ne cessarie præcauerunt, ut quod cōtra vnāquæque hæresim coacta semel synodus pro fide, cōione & veritate catholica atq; Apostolica promulgasset, non sinerent post hæc nouis retractationibus mutari, ne paruis occasio præberetur, quæ medicinaliter fuerat statuta, pulsandi scd auctore cuiuslibet insaniam ac pariter errore damnato, sufficere iudicari, ut quisquis aliquando huius erroris cōicator existeret, principali sententiā dānationis eius esset obstrictus, quō manifeste quilibet vel professione sua, vel cōmuniōne posset agnosci. Hæc ibi quem locum, quia valde erat instigatus huic loco omnino cōgruens, nō duximus omittere: qui refertur a Gratiano. 24. q. 1. c. maiores.

Synodus Chalcedonensis quando celebrata.

d Qui Chalcedone conuenerunt. Chalcedonensem synodum intelligit longe celeberrimam, habitā Chalcedone (ea est ciuitas Phrygiæ in Ponti Euxini ora) interuentu sexcentorum triginta episcoporum contra oēs hereses, maxime uero contra Eutychem & Dioscorum, qui unū dominū nostrū Iesum Christum, ex diuinitate atq; humanitate constantem, et in his duabus naturis adorandum, ad vnā audacter & stulte naturam redgebant, & cōfundebāt. Fuit autem celebrata a. 488. hoc est anno Domini 450. seu ut alij scribunt 452. Valeriano VII. & Auieno uiris clarissimis consulibus, de hac celebre extat Gregorij testimonium in c. sicut. 15. dist. 1.

Pœna dispençati de fide ob malum n. nem.

e Igitur si clericus erit.] Nunc pœnas statuit cōtra eos, qui de fide publice disputant in malum finē, idque seruata personarū qualitate: hodie tamen non habet locum pœna huius legis, neque hi personarum gradus, ut hic præscribitur, obseruari debent: nam qui publice nūc falsa dogmata prædicaret, populoq; nouas suggereret opiniones, nec uera fidei documēta reciperet, sed perfidie, hoc est, hæresis disseminandæ (ut dicitur) quæreret occasionem, ab Inquisitoribus hereticæ prauitatis iudicaretur: & tales hære-

A siarche seu dogmatistæ videntur sine ulla penitus misericordia curiæ seculari tradendi, vltimo supplicio feriendi, ut docet Repertorium Inquisitorum, ver. docere. & ver. hæresiarcha. Albertinus tract. de agnos. assertio. quest. 30. nu. 60. Simancas in catho. instit. tit. 47. num. 60. idem in Enchyridio vrolatæ religio. tit. 59. Ioannes Roias trac. de heret. par. 2. assertio. 42. & alij quidam. Quid tamen de hoc sentiam, dixi breuiter par. 2. in commentario suo per concilio Tarraconen. S. Rursus illud. Et plenius eadem parte super q. 39.

EDICTVM IVSTINIANI

DE FIDE

B Victor Iustinianus, pius, felix, inclutus, triumphator semper Augustus. Joanni sanctissimo Archiepiscopo almae urbis Romæ & Patriarchæ.



EDDENTE Sæ honorem Apostolicæ Sedis, & infra. Manifestum igitur facimus vestræ sanctitati, & pauci quidam infideles, & alieni sanctæ Dei catholice atque Apostolicæ Ecclesiæ, contradicere Iudaice atque apostaticæ ausi sunt aduersus ea, quæ ab omnibus sacerdotibus secundum uestram doctrinam recte tenentur, & glorificantur, atque prædicantur; denegantes Dominum nostrum Iesum Christum vnigenitum filium Dei, Deum & Dominum nostrum incarnatum de sancto Spiritu, & ex sancta atque gloriosissima semper Virgine Dei genitrice Maria hominem factum, atque Crucifixum, vnum esse sanctæ & consubstantialis Trinitatis, & coadorandum & conglorificandum Patri & Spiritui sancto, consubstantialem Patri secundū diuinitatem, et consubstantialem no-

D bis eundem ipsum secundum humanitatem passibilem carne, eundemque ipsum impassibilem deitate. Recusantes enim Dominum nostrum Iesum Christum filium Dei, & Dominum nostrum fateri unum esse sanctæ & consubstantialis Trinitatis, videntur Nestorii malam sequi doctrinam. secundum gratiam dicentis unum filium Dei, & alium dicentis Dei uerbum, & alium Christum. Omnes uero sacerdotes sanctæ catholice atque Apostolicæ Ecclesiæ, & reuerendissimi Archimandritæ sanctorum monasteriorum, sequentes sanctitatem uestram & custodientes statum & unitatem sanctarum Dei Ecclesiarum, quam habent ab Apostolica uestræ sanctitatis Sede, nihil penitus immutantes de ecclesiastico statu, qui hactenus obtinuit, atque obtinet, uno consensu confitentur, & glorificant, prædicantes Dominum nostrum Iesum Christum vnigenitum filium, & uerbum Dei, & Dominum nostrum ante sæcula, & sine tempore de Patre natum in vltimis diebus descendisse de cælis, & incarnatum de Spiritu sancto, & ex sancta atque gloriosa uirgine & Dei genitrice Maria natum, & hominem factum, & crucifixum, vnum esse sanctæ & consubstantialis Trinitatis, & coadorandum & conglorificandū

E Patri

ita
le-
fi-
ris
pau-
qui
or
a-
us
if-
rio
si
le-
su.

Im
is,
po-
lu-
bal
ue
fi-
ar-
ffi-
ui-
nes
edo

peri
spu
&

me
tu
en-
&
lo

de-
seu
ra-
I.
em
cui
bro
de
li-
o-

na
m
i-
eri
am
o-
lo-
en-
m

Patri & sancto Spiritui. Nec enim alium Deum verbum, & alium Christum cognoscimus, sed vnum atque eundem ipsum consubstantialem patri secundum diuinitatem, & consubstantialem nobis eundem ipsum secundum humanitatem, passibilem carne, eundem ipsum impassibilem deitate. Vt enim est in diuinitate perfectus, ita idem ipse & in humanitate perfectus est. In vna enim substantia deitatem suscipimus & confitemur, quod dicunt Græci, τὴν κατὰ ὁμοίωσιν ἐποσιν ὁμολοῦμεν. Id est, eam quæ secundum personam est vnitatem. Et quoniam vnitæ genitus filius & verbum Dei ante sæcula, & sine tempore de patre natus, idem ipse & in vltimis diebus descendens de cælis, incarnatus de Spiritu sancto, & ex sancta atque gloriosa semper Virgine & Dei genitrice Maria, homo factus, Dominus noster Iesus Christus, proprie & vere Deus est: ideo & sanctam atque gloriosam Virginem Mariam proprie & vere Dei matrē esse dicimus: non quia Deus verbum, principium ex ipsa sumperit, sed quia in vltimis diebus descendit de cælis, & ex ipsa incarnatus, & homo factus & natus est: quem confitemur & credimus (sicut dictum est) consubstantialem esse patri secundum deitatem, & consubstantialem nobis eundem ipsum secundum humanitatem: eiusdem miracula & passiones, quas sponte in carne sustinuit, agnoscentes. Suscipimus autem sancta quatuor concilia, id est trecentorum decem & octo sanctorum patrum qui in Nicæna vrbe congregati sunt; & centum quinquaginta sanctorum patrum, qui in hac regia vrbe conuenerunt: & sanctorum patrum, qui in Epheso primo congregati sunt: & sanctorum patrum, qui in Chalcedone conuenerunt, sicut uestra Apostolica sedes docet atque prædicat. Omnes ergo Sacerdotes sequentes doctrinā Apostolicæ sedis vestræ, ita credunt, & confitentur, & prædicant. Vnde properauimus hoc ad notitiam deferre vestræ sanctitatis per Hypatium & Demetrium beatissimos episcopos, ut nec uestram sanctitatem lateat, quæ a quibusdam paucis monachis male & Iudaicè secundum Nestorij perfidiam denegata sunt.

ITEM SUBSCRIPTIO TALIS FUIT.

Deitas te conseruet per multos annos sanctissime ac religiosissime Pater.

COMMENT. VII.

REDDENTE S^h honorem Apostolicæ Sedi. & infra.] Sustulit Emyericus similiter ab hoc edicto initium & finem, ut ea tantū collocaret, quæ suo instituto apta erant, quod est (vt sæpè dixi) cumulare multos fidei articulos & catholicas veritates. hoc autem fragmento tria potissimum docentur.

Primum, Christum vnam esse de tribus sanctæ Trinitatis personam subsistentem, quam Græci hypostasim appellant. A Iverum, Christum in carne passionem vere pertulisse, impassibili deitate sem-

Christus uerus Deus Maria uere mater eius.

A per existente. Tertium & postremum, sanctissimam Mariam Virginem proprie & ueraciter appellandam esse matrem Domini nostri Iesu Christi & θεοτόκον, hæc uoluisse Imperatorem profiteri. series ipsa edicti indicat. idem quoque docet & ipse Iohannes Papa in alia de ea re epistola scripta ad Senatores urbis Romæ, & de duabus naturis aduersus Eutychianistas, in qua luculentis scripturæ testimoniis, & sanctorum patrum assertionibus tres istas ueritates ostendit, easq; in epistola Iustiniani contineri ait his uerbis: Iustinianus si quidem Imperator filius noster, ut ex eius epistola tenore cognouistis, de his tribus questionibus orta certamina fuisse signauit, utrum unus ex Trinitate Christus & Deus noster dici possit; hoc est, una de tribus personis sanctæ Trinitatis sancta persona; An Deus Christus carne pertulerit impassibili deitate. An proprie & ueraciter mater Domini Dei nostri Christi Maria semper uirgo debeat appellari. Hactenus ibi. Extat illa epistola in quinto volumine Bibliothecæ patrum, cui Hæreses logia nomen est impositum.

B Suscipimus autem sancta quatuor concilia. Idem in c. sicut. distin. 15. ubi egyptium extat de auctoritate horum conciliorum testimonium desumptum ex Beato Gregorio lib. 1. epistola 24. refert Iuo Carnotensis par. 4. c. 117. de quibus uideto Photium Patriarcham Constantinopolitanum in epistola ad Michaelem Bulgariæ Principem, de septem concilijs œcumenicis.

EX EXTRAUAGANTIBVS Comm. ti. de maior. & obedien.

BONIFACIUS VIII.

Omnes Christi fideles de necessitate salutis, subsunt Romano Pontifici, qui utrumque gladium habet, & omnes iudicat à nomine autem iudicatur.



VNAM sanctam Ecclesiam catholicam, & ipsam Apostolicam, uirgine fide credere cogimur & tenere. Nosque hanc firmiter credimus, & simpliciter confitemur, extra quam nec salus est, nec remissio peccatorum, sponso in Canticis proclamante, Vna est columba mea, perfecta mea: Vna est matri suæ, electa genitrici suæ, quæ unum corpus mysticū representat: cuius caput Christus: Christi uero Deus. In qua vnus dominus, vna fides, vnū baptisma. Vna nempe fuit diluuij tempore arca Noe vnā Ecclesiā præfigurans, quæ in vno cubito cōsummata, vnum (uidelicet Noe) gubernatorem habuit & rectorem, extra quam omnia subsistētia super terram legimus fuisse deleta. Hanc autem ueneramur & uicam, dicente Domino in propheta, Erue a framea Deus animam meam, & de manu canis unicum meam. pro anima enim id est pro seipso capite simul orauit & corpore, quod corpus unicum, scilicet Ecclesiam nominauit, propter sponi fidei sacramentorum, & charitatis Ecclesiæ unitatē. Hæc est tunica il-

Cant. 6.

Hier.

1. Cor.

psal. 11.

Mat.

la

Joan. 19. Ia Dominica inconfutilis, quæ scissa non fuit, sed forte provenit.

Igitur Ecclesiæ vnus & vnica vnus corpus, vnus caput, non duo capita, quasi monstrum, Christus videlicet, & Christi Vicarius Petrus, Petriq; successor, Dicente Domino ipsi Petro, Pasce oves meas, meas inquit, & generaliter, nõ singulariter has vel illas, per quod commississe sibi intelligitur uniuersas. Siue ergo grati siue alii, se dicant Petro, eiusque successoribus non esse commissos, fateantur necesse, se de ouibus Christi non esse: dicente Domino in Ioanne, Vnũ ouile, & unicum esse pastorẽ. In hæc eiusque potestate, duos esse gladios, spirituales videlicet & temporales, Euãgelicis dictis instrumur. Nam dicentibus Apostolis, Ecce gladii duo hic, in Ecclesia scilicet, cum Apostoli loquerentur, non respondit Dominus nimis esse: sed satis.

Certe qui in potestate Petri, temporalem gladium esse negat, male verbum attendit Domini proferentis: Conuertere gladium tuum in uaginam. Vterque ergo est in potestate Ecclesiæ, spirituales scilicet gladius, & materialis. Sed is quidem pro Ecclesia, ille uero ab Ecclesia exercendus. Ille sacerdotis, is manu regum & militum, sed ad nutum & patientiam sacerdotis. Oportet autem gladium esse sub gradio, & temporalem auctoritatẽ spirituali subijci potestati.

Nam cum dicat Apostolus: Non est potestas nisi à Deo: quæ autem sunt, a Deo ordinata sunt; non autem ordinata essent, nisi gladius esset sub gradio, & tamquam inferior reduceretur per alium in suprema. Nam secundum beatum Dionysium, lex diuinitatis, est infima per media in suprema reducta. Non ergo secundum ordinem uniuersis, omnia aequè ac immediate, sed infima per media, & inferiora per superiora ad ordinem reducuntur. Spirituales autem & dignitate & nobilitate terrenam quamlibet præcellere potestatem, oportet tanto clarius nos fateri, quanto spiritualia temporalia antecellunt. Quod etiam ex decimarum datione, & benedictione, & sanctificatione, ex ipsius potestatis acceptione, ex ipsarum rerum gubernatione, claris oculis intuemur. Nam, ueritate testante spiritualis potestas, terrenam potestatem instituire habet, & iudicare, si bona non fuerit: sic de Ecclesia, & Ecclesiastica potestate verificatur uaticinium Hieremiæ: Ecce constitui te hodie super gentes & regna: & cetera quæ sequuntur.

Ergo si deuiat terrena potestas, iudicabitur a potestate spirituali: sed si deuiat spiritualis minor, a suo superiore; si uero suprema, à toto Deo, non ab homine poterit iudicari: testante Apostolo: Spirituales homo iudicat omnia, ipse autem a nemine iudicatur. Est autem hæc auctoritas (etsi data sit homini, & exerceatur per hominem) non humana, sed potius diuina ore diuino Petro data, sibi que suisque successoribus in ipso, quem confessus fuit petra firmata, dicente Domino ipsi Petro, Quodcumque ligaueris, &c. Quicumque igitur huic potestati, a Deo sic ordinata, resistit, Dei ordinationi resistit, nisi

A duo (sicut Manicheus) fingat esse principia, quod falsum & hæreticum iudicamus: quia testante Moise, Non in principijs, sed in principio cælum Deus creauit & terram: Porro subesse Romano Pontifici omni humanæ creaturæ declaramus dicimus, definimus, et pronunciamus omnino esse de necessitate salutis.

Gen. 1.

† al. omnem humanã creaturam.

Dat. Later. Pont. nostri anno VIII.

COMMENT. TIII.

V NAM sanctam,] Bonifacius octauus postremo sui Pontificatus tempore nempe anno Domini 1302. Romę hanc edidit decretalem, qua potissimum docet tres Catholicas veritates.

B Prima est, Vnam esse Ecclesiam Catholicam, & ipsam Apostolicam, & unum eius gubernatorem videlicet Romanum Pontificem, cui omnes subesse oportet.

Vna Ecclesia & unus Papa, cui omnes sunt subiecti.

C Altera est, Romanum Pontificem Vtrumque habere gladium, videlicet spirituale, & temporale.

C Postrema est, A Pontifice summo omnes iudicari, ipsum uero a nemine. Eas nos more nostro breuiter illustrabimus.

D Primus articulus de fide est, quem iam olim multi Romani Pontifices docuerunt, in primis uero Anacletus: qui a sancto petro Apostolorum principe fuit presbiter ordinatus, floruitque anno Domini 101. epistola quadam omnibus Episcopis missa incipiente. Benedictus deus. c. 3. in hæc uerba: Nam inter beatos Apostolos quedam fuit discretio, quæ licet omnes essent Apostoli, Petro tamen a domino est concessum, & ipsi inter se idiplum uoluerunt, ut reliquis omnibus præesset Apostolis, & Cephas, id est, caput & principium teneret Apostolatus: qui & eadem formam suis successoribus, & reliqui Apostoli episcopis tenendam tradiderunt & paucis interpositis. Hæc uero Apostolica sedes cardo & caput omnium ecclesiarum, a Domino, & non ab alio est constituta; & sicut cardine ostium regitur, sic huius sanctæ sedis auctoritate omnes ecclesiæ Domino disponente reguntur. Hactenus ibi. & habetur in cap. sacrosancta. 22. dist. in 1. idem decreuit Zepherinus, & habetur in cap. ad Romanum. 2. q. 6. & Fabianus & Gelasius eius nominis primus epistola quadam 1. capite 11. & Leo Papa nonus in epistola aduersus presumptiones Michaelis & Acridani Episcoporum, cap. 12. & 13. & alij multi tum Romani Pontifices, tum sancti Patres, quos omitto consulto in re manifesta, cum catholicis nunc potissimum scribam, qui Pontificum Romanorum & sanctorum Patrum definitiones & dicta recipiunt.

E In hac eiusque potestate duos esse gladios.] Hic ostendit secundam assertionem, de duplici Pontificis gladio, quam & longo ante Bonifacium tempore, & etiam postea alij Romani Pontifices tradiderunt. Innocentius III. in cap. venerabilem. de electio. & Innocentius IIII. in ca. ad Apostolicam

Papa utriusque gladium habet spiritualem & temporalem.

de sententia & re iud. lib. 6. & Clemens V. in concilio Viennensi, & habetur in Clemen. Romani. de iureiuran. ex quibus colliges impios esse, & Ecclesiam inimicos, qui hac vel non recipiunt, vel de his male sentire videtur, inter quos est Franciscus Duarenus lib. 1. c. 4. de sacris Ecclesie ministerijs. non est itaque fas dicere Romanum Pontificem non habere utrumque gladium, siue utramque iurisdictionem videlicet spiritualem & temporalem.

Ceterum cum hic articulus de duplici Romani Pontificis iurisdictione sit late patens: nec nostre breuitatis institutum eum hoc loco suffus explicari permittat, satis videbimur fecisse auctores & loca indicauerimus, unde eius notitia haberi possit. de eo ergo late tractant Doctores Canonistae cum glossa in cap. nouit, extra de iudic. glossa, in c. causam quae qui filij sint legit. glossa super. extrauagan. Vnam sanctam. de maio. & obediens. de qua nunc agimus. glossa & ibidem Doctores in cap. licet. extra de foro compet. gl. 1. in cap. Vergentis, de heret. & Augustinus de Aucona in summa de potestate ecclesiastica. q. 46. ar. 2. Aluarus Pelagius lib. 1. c. 13. de planctu Ecclesiae. copiose Turrecremata in summa de ecclesia lib. 2. cap. 113. 114. & 115. idem apud Gratianum in cap. cum ad verum. 96. dist. Iacobatus tract. de Concilio. lib. 10. art. 7. Caietanus in 2. parte Apologiae de potestate Papae, cap. 13. ad 8. arg. Sotus lib. 4. sentent. dist. 25. q. 2. ar. 1. & lib. 4. de iustitia & iure q. 4. art. 1. Ferdinandus Vasquius lib. 1. controuersiarum illustrium, cap. 20. & 21. Simancas de catholicis instit. tit. 45. de Papa. Albertus Pighius Campensis lib. 5. c. 16. Hierarchiae ecclesiasticae. Restaurus Castaldus tract. de Imperatore, in diuersis locis, Ioannes a Capistrano tract. de Papa & concilio auctoritate, par. 2. partis secundae de principalis. Blasius Nauarrus libro 1. de sacro ecclesiae principatu, cap. 7. & 8. Cassaneus in catalogo gloriae mundi. par. 4. consideratione 7. & alij quos longum esset recensere.

Admonedo tamen hic, non esse facile, cum in auctorum praecatorum, aut aliorum de hac re disserentiam, recipiendam sententiam, (neque nimis eo animo eos retuli ut approbarem) sed iudicio opus esse. Nam veritate testante, spiritualis potestas terrenam potestatem instituere habet & iudicare, si bona non fuerit. Hae est postrema assertio ueluti superioris declaratoria, nempe, Romanum Pontificem, iurisdictionem temporalem tunc exercere in principes seculares, cum illi potestate sibi data abutuntur, inde subdit, at non de conuerso illi Romanum Pontificem iudicabant. Pontifex enim Romanus omnes iudicat, ipse autem a nemine iudicatur, quod vno assensu docuerunt primi illi Romani Pontifices, ut Siluester, & habetur in ea. nemo q. 3. ibi: Nemo iudicabit primam sedem iustitiam temperare desiderantem: neque enim ab Augusto, neque ab omni clero, neque a regibus, neque a populo iudex iudicabitur. idem Gelasius Papa, & habetur in c. cuncta per mundum. q. 3. ibi. Neque cuiquam de eius liceat iudicare iudicio. Idem Symmachus Papa, & habetur ibidem in cap. qui aliorum & Vigilius Papa, & Nico-

Pontificem Romanum nemo iudicat.

laus, & habetur in cap. nemini. 17. quest. 4. item alij, quos longum esset recensere. Nostri tamen vnum casum excipiunt, cum videlicet Romanus Pontifex incidit in heresim. cap. si Papa. 40. dist. at non desunt qui verisimiliter asserant Papam rite & canonicè electum hereticum esse non posse, de quo quid sentiam, explicabo infra part. 3. super quest. 25.

DE BAPT. ET EIVS EFFECTV de uolumine maiori decretalium.

ALEXANDER III.

Licet puer sit termersus in aqua in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti; si non sit dictum; ego te baptizo in nomine patris, & c. non est baptizatus. Cap. 1.



QUIS puerum ter in aqua immerferit in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, amen: & non dixerit, ego baptizo te in nomine Patris, & Filij et Spiritus sancti, amen: non est puer baptizatus.

COMMENT. XL

SI QVIS puerum ter in aqua immerferit. Ideo retulit Emericus, quia hoc in hoc extra dicitur catholica veritas, nempe, vitari baptismum quotiens minister non exprimit actum baptizandi: non ergo intelligas vitari baptismum ex omissione pronominis, Ego, quod videtur indicare hic textus; sed vitari ex omissione actus baptizandi: ut si quis ommitteret verbum, baptizo, aut aliud ei simile, & solum diceret, in nomine Patris, & c. non conferret baptismum: nam Graeci sine expressione personae ministri baptizantis vere conferunt baptismum ut in concilio Florentino definitum est quamquam pronomen, ego, omitti non debeat. c. si quis sane, de bapt. & eius esse. & glo. in sum. de cons. di. 4. Vult ergo definire Romanus Pontifex, quod licet quis mergat siue aspergat, aut effundat in nomine Patris, etc. non exprimendo verbo actum baptizandi, non baptizat. Si vero dicat, Baptizo te in nomine Patris & Filij, & Spiritus sancti sufficit ad essentiam. c. si quis presbiter. c. multi. & c. sanctum. de conse. di. 4. & S. Tho. 3. p. q. 66. ar. 5. & Theologi communiter lib. sem. di. 3. & ibi Dominicus Sotus. q. vnica. art. 5. dum tamen habeat intencionem saltem facie di quod facit ecclesia. c. solet. de consecra. di. 4. & c. humanae. 22. q. 5. & tradit concilium Trid. Sess. 7. de sacramentis in genere, cano. 11.

IDEM ALEX.

Si probabiliter dubitatur, an quis fuerit baptizatus potest baptizari forma hic expressa. Cap. 2. De quibus dubium est an baptizati fuerint, baptizantur his uerbis praemissis: Si baptizatus es, non te baptizo: sed si nondum baptizatus es, Ego te baptizo, & c.

COM.

Nemo puzan si in d quia scelus

Cap lo, & confes & c. p. ri quo ergo.

Non nino baptismi omissione nois, ego ex omissione actus baptizandi.

Matth Luc. 2.

Iaco.

Luc. 7.

COMMENT. X.

Nemo rebaptizandus nisi in dubio quia graue scelus est.

† Cap. paruo lo, & seq. de consec. dist. 4. & c. presbyte ri quos §. qd ergo. 63. dist.

Non tunc baptizandus nisi in dubio quia graue scelus est.

Math. 15. Luc. 11.

Iaco. 5.

Luc. 7.

DE quibus dubium est an baptizati fuerint. Ideo reuoluit auctor quia hec veritas in ea statuitur, Nulli debent penitus rebaptizari, nisi de quibus dubitatur an sint baptizati nec ne. intellige tamen hoc postremum quando vere dubium est, ita vt sciri non possit, an fuerit baptizatus nec ne: nam si probabiliter veritas intelligi possit, nullo modo est rebaptizandus, cum grauissimum sit scelus, quod luculenter ostendit Clemens Papa lib. 6. ca. 15. constitutionem Apostolicam, ait enim inter cetera ita: Eodem modo contenti sunt vno solo baptismo, qui in Domini mortem traditur, non ministerio abominandorum hereticorum, sed probatorum sacerdotum, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. & paucis interpositis subdit: Veruntamen initiatos iterum baptizare tentant es, et ceteris. Insignis est sane locus, & ob id nullo pacto fuit omittendus. idem Augustinus in lib. de vera & falsa penitentia. c. 3. Damascenus lib. 4. c. 1. de fide orthodoxa. cap. quod quidam. 1. q. 1. Leo Papa ad Rusticum episcopum, epistola 70. cap. si nullo. de consec. dist. 4. S. Tho. 3. par. q. 86. art. 9. Magister & Theologi in 4. sent. dist. 6. concilium Tridentinum sess. 7. de baptismo. canon. 1. cuius verba sunt: Si quis dixerit verum & rite collatum baptismum iteranda esse illi, qui apud infideles fidem Christi nongauerit, cum ad penitentiam conuertitur, anathema sit.

INNOCENTIUS III. Arelaten. Archiepiscopo.

Sacramentum baptismi, vtiliter confertur paruulis; licet non credant, nec intelligant: & remittitur eis peccatum originale. hoc dicit vsque ad §. Verum. Cap. 3.

MAIORES Ecclesie causas, praesertim articulos fidei contingentes, ad Petri sede referendas intelliget, qui eum quaerenti Domine que discipuli dicent ipsum esse, respondisse notabit: Tu es Christus filius Dei viui, & pro eo Dominum exorasse, ne deficiat fides eius. Quibusdam igitur quaestionibus, quas contra catholicos heretici mouerant, nos postulas respondere. Afferunt. n. paruulis inutiliter baptismum conferri: quod nititur probare, illud primo & praecipue inducentes, quod cum secundum verbum Iacobi Apostoli dicitis in epistola sua; Caritas operit multitudinem peccatorum: & iuxta illud testimonium veritatis in Euangelio de peccatrice, quae ipsius pedes lauerat, perhibens; Dimissa sunt ei peccata multa, quonia dilexit multum: non nisi per charitatem, & in charitate crimina dimittantur: paruulis, qui nec

A sentiunt nec consentiunt, & charitatem non habent, quae sentientibus & consentientibus tantum infunditur: peccatum non dimittitur in baptismo: & infra. Ad id autem taliter respondemus, quod baptismum circumcissioni successit: absit enim vt in illam damnatam heresim incidamus, quae perperam affirmabat legem cum Euangelio, & circumcissionem cum baptismo seruandam: quoniam secundum Apostolum dicitur ad Galatas: Si circumcidimini, Christus nihil vobis prodest. Cum ergo circumcissio tam adultis quam paruulis ex praeccepto Domini conferretur, ne baptismus qui successit locoplus, & generalior tamen existit, cum tam viri quam feminae baptizentur, minoris videatur effectus; tam adultis quam paruulis est conferendus. Sicut enim sine distinctione qualibet Moysae lex clamabat: Anima cuius praepitij caro circumcisa non fuerit, peribit de populo suo: ita nunc indistincte vox intonat Euangelica: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non intrabit in regnum Dei, ab hac generalitate nec sexum, nec aetatem excludens. Caute tamen notandum est, quantum plus baptismus hodie conferat Christianis, quam quodam ludaeis circumcissio contulisset: dictum est in fine praedictae auctoritatis inductae de veteri lege: Peribit de populo suo. In Euangelica uero auctoritate subiunctum est: Non intrabit in regnum Dei. Quoniam etsi originalis culpa remittebatur per circumcissionis mysterium, & damnationis periculum vitabatur, non tamen perueniebatur ad regnum caelorum, quod vsque ad mortem Christi fuit omnibus oblatum: sed per sacramentum baptismi Christi sanguine rubricati, culpa remittitur, vitatur periculum, & ad regnum caelorum etiam peruenitur: cuius sanam Christi sanguis fidelibus suis misericorditer reseruit. Absit enim, vt vniuersi paruuli pereant, quorum quotidie tanta multitudo moritur, quin & ipsis misericors Deus, qui neminem vult perire, aliquod remedium procurauerit ad salutem. Caterum ex ui litterae satis patet praedictas auctoritates intelligendas esse tammodo de adultis, qui habent multitudinem peccatorum, cum de paruulis non possit intelligi, qui peccato tantum originali tenentur. Similiter & illa auctoritas est soluenda: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit, &c. cum non possint credere paruuli, sed adulti; & ob hoc tota auctoritas hic intelligenda est de adultis, ne ad alios prima, & ad alios secunda clausula referatur. Quamuis nonnulli concedant, quod paruuli credunt non per vsum, sed per habitum fidei, quem suscipiunt in baptismo: sicut & alia multa verba secundum communem vsum loquendi non ad actum, sed ad aptitudinem referuntur.

B

C

D

E

† De hoc articulo vide supra in commentario 3. super clem. si de catholice. Verum quia.

asserentibus per virtutem baptismi paruulis qui A
dem culpam remitti, sed gratiam non conferri:
non nullis dicentibus, dimitti peccatum & virtu-
tes infundi, habentibus illas quò ad habitum, non
quo ad vsum, donec perueniant ad aetate adultam.

*Originale peccatum, quod sine consensu contrahitur
remittitur in baptismo etiam non consentientis, ut
paruulis. secus de actuali; quia sicut non com-
mittitur sine consensu, ita non relaxatur sine con-
sensu. hoc dicit, usque ad §. Sed adhuc.*

Verum b quidam ex hac solutione, inuenisse
se credunt viam ad alias quaestiones, argumen-
tantes ex eo quod dicimus, paruulis in baptisma B
te peccatum originale dimitti, quod & adultis,
dormientibus, vel amentibus peccatum (si bap-
tentur) ratione simili dimittatur. Cum enim neu-
tri sentiant tunc vel consentiant, dicunt idem in
consimilibus indicandum. Hic vero dicimus di-
stinguendum, quod peccatum est duplex, origi-
nale scilicet & actuale. Originale quod absque
consensu contrahitur: actuale, quod committitur
cum consensu. Originale igitur, quod sine
consensu contrahitur, sine consensu per vim re-
mittitur sacramenti: actuale uero, quod consensu
contrahitur, sine consensu minime relaxatur.

*Licet in baptismo dimittatur originale peccatum par-
uulis, qui tamen consentire non possunt: in adul-
tis tamen, amentibus, vel dormientibus, qui non
consentiunt baptismo, non dimittitur actuale, &
item etiam nec originale. hoc dicit.*

Sed: adhuc quaeritur, quare non saltem origi-
nale peccatum amentibus, & dormientibus in
baptismo sicut paruulis dimittatur. Ad hoc tali-
ter est respondendum, quod Dominus qui totum
hominem saluum fecit in sabbato, opus imper-
fectionis non nouit, et ob hoc peccata non ex par-
te, sed ex toto dimittit. Praeterea poena origina-
lis peccati est carentia uisionis Dei: actualis ue-
ro poena peccati est gehena perpetuae cruciatus.
Vnde si dimitteretur alicui primum altero non
dimisso, talis non careret uisione Dei propter ori-
ginale dimissum, & cruciaretur in gehenna per-
petuo propter reatum criminis actualis: sed hec
tamquam incompassibilia sese minime pauiuntur,
immo sibi mutuo aduersantur.

*Amentes vel dormientes baptizati, si ante demen-
tiam vel dormitionem baptizari uolebant, charac-
terem suscipiunt, alias secus. Coacti uero cau-
satue suscipiunt. hoc dicit usque ad finem.*

Item d quaeritur, utrum dormientibus, & a-
mentibus sacramenti saltem character in baptil-
mate imprimatur, ut excitati a somno, vel ab a-
gritudine liberati, non sint denuo baptizandi.
Sunt autem nonnulli, qui dicunt, quod sacra-
menta, quae per se sortiuntur effectum, ut ba-
ptismus & ordo, caeteraque similia, non solum
dormientibus, & amentibus, sed inuitis & con-

traditentibus, etsi non quantum ad rem, quan-
tum tamen ad characterem conferuntur: cum
non solum paruuli, qui non consentiunt, sed &
fidei, qui quamuis non ore, corde tamen dissen-
tiunt, recipiant sacramentum. Sed opponitur
talibus, quod qui fuissent inuiti & reluctantes
immergi, saltem ratione sacramenti, ad iurisdic-
tionem ecclesiasticam pertinerent: unde ad ser-
uandam regulam fidei christianae, forent ratio-
nabiliter compellendi. Verum id est religioni
christianae contrarium, ut semper inuitis & pe-
nitus contradicens ad recipiendam & seruandam
christianitatem aliquis compellatur. Propter quod
inter inuitum & inuitum, coactum et coactum, alii
non absurde distinguunt, quod is qui terroribus
atque supplicijs uolenter attrahitur & ne detri-
mentum incurrat, baptismi suscipit sacramentum
talis (sicut & is qui fide ad baptismum accedit)
characterem suscipit christianitatis impressum,
& ipse tamquam conditionaliter uolens, licet ab-
solute non uelit, cogendus est ad obseruantiam
fidei Christianae. In quo casu debet intelligi de-
cretum concilij Toletani; ubi dicitur, quod
qui iam pridem ad christianitatem coacti sunt
(sicut factum est temporibus religiosissimi prin-
cipis Sifibuti) qui iam constanter eos sacramentis di-
uinis associatos, & baptismi gratiam suscepisse,
& christum vnctos esse, & corporis Domini ex-
tisse participes: oportet etiam ut fidem, quam
necessitate susceperunt, tenere cogantur, ne no-
men Domini blasphemetur, & fides, quam sus-
ceperunt, uilis ac contemptibilis habeatur. Il-
le uero, qui nunquam consentit, sed penitus co-
tradicit: nec rem, nec characterem suscipit sacra-
menti: quia plus est expresse contradicere, quam
minime consentire, sicut nec ille qui notam ali-
cuius reatus incurrit, qui contradicens penitus
& reclamans, thurificare idolis cogitur uolenter.
Dormientes autem & amentes, si priusquam
amentiam incurrerent, aut dormirent, in contra-
dictione persisterent: quia in eis intelligitur con-
tradictionis propositum perdurare, & si fuerint
sic immergi, characterem non suscipiunt sacra-
menti. Secus autem, si prius catechumeni ex-
tissent, & habuissent propositum baptizandi.
Vnde tales in necessitatis articulo consuevit Ec-
clesia baptizare. Tunc ergo characterem sacra-
mentalis imprimi operatio, cum obicem uolun-
tatis contraria non inuenit obstantem.

COMENT. XI.

MAIORES Ecclesiae causas, praeter-
tum articulos fidei contingentes.] Ex
rota serie huius elegantes decretalis quattuor colli-
ges catholicas ueritates.

¶ Prima est, Pueros, quorum non est auium iudi-
cium omnium esse baptizandos, ut a peccato origi-
nali liberentur.

¶ Altera est, peccatum originale, quod sine con-
sensu contrahitur, dimitti etiam in baptismo si-
ne consensu: secus autem dicendum esse in peccato
actuali.

Tertia

Tertia est, In adultis dormientibus & amentibus non dimitti peccatum originale sine actuali, nec vice versa.

Ultima est. Amentes & dormientes baptizatos characterem suscipere, si prius baptizari voluerunt. Singulas more nostro breuiter illustremus. Quantum igitur ad primam attinet, videlicet, pueros absque vsu rationis baptizandos esse, de fide est et eius contraria heretica, ac primum quidem paruulos non esse baptizandos Pelagiani nequiter mitebantur, sicuti scribit concilium Carthaginense epistola quadam ad Innocentium Papam primum, qua nunc refertur in primo conciliorum volumine, pag. 541. & sanctus Augustinus in libro de heresibus ad Quod uult deum, cap. 88. quorum heresim nonnulli etiam nostri seculi heretici, uelut ab inferis excitarunt. ceterum Ecclesia catholica diuinitus instituta, a Christo edocta, paruulos baptizare recte semper consuevit, & sanctus Clemens Papa, Petri successor, lib. 6. capit. 15. constituit. Aposto. paruulos baptizari iubebat, dicens: Baptizate quoque paruulos uestros, & educate eos in disciplina, & preceptis Dei. Sinite enim, inquit, paruulos, venire ad me, & nolite eos prohibere, Et in quodam concilio Africano circa tempora Bonifacii primi celebrato, uidelicet ad annos Domini, 420. cap. 77. heretici declarantur, qui paruulos negant esse baptizandos. & refertur in c. placuit, de consecra. dist. 4. Idem per omnia statuerat paulo ante concilium Mileuitanum, c. 2. tandem hoc ipsum roborauit concilium Tridentinum sessio. 5. in decreto de peccato originali, cap. 1. S. si quis paruulos, & sessio. 7. de baptismo, cano. 12. adde sanctum Thomam par. 3. q. 68. art. 9. & Thomam Waldensem tom. 3. de sacramentalibus baptis. cap. 53. & 54. & Dominicum Sotum in 4. sent. dist. 5. q. 1. art. 9.

Verum quidam ex hac solutione, Hec est secunda conclusio catholica, Paruulis qui sine consensu originale peccatum contrahunt, sine proprio etiam consensu deleri in baptismo, hanc docet latissime sanctus Augustinus in libris de baptismo paruulorum: adde c. filius Dei, & c. non ex quo, de consec. dist. 5. & c. nihil, de penit. dist. 2.

Sed adhuc quaeritur, quare non saltem originale peccatum amentibus. Rationes huius asseruntur, quas hic asserit Romanus Pontifex, euidentes sunt & certissime: hic tamen illa sunt omnino notanda: Poena originalis peccati est carentia uisionis Dei: actualis uero poena peccati est gehenna perpetua cruciatus: quibus dirimi uidetur non obscure anceps illa quaestio, & olim ualde agitata, an paruuli absque baptismo decedentes poena ignis cruciarentur: nam hic non cruciari apertissime ostenditur, licet sanctus Augustinus contrarium sensisse uideatur in libro de fide ad Petrum, c. 27. relat. ab Eymérico infra in hac 1. parte, quod est diligentissime animaduertendum, ne quis ex Augustini dicto in hoc loco labatur, & plano Augustinus in ea questione uariis fuit, ut alibi indicauimus.

Item quaeritur, utrum dormientibus & amentibus, Hec est postrema assertio, cuius materia late patet, nec est huius loci, uidendus est sanctus

Tb. 3. pa. 9. 80. ar. 9. & latissime Dominicus Sotus in 4. sent. dist. 12. q. 1. art. 9. adde. c. egrotantes ubi Doctores, de consecra. dist. 4. & de materia huius decretalis, praeter citatos, uide Augustinum in lib. de baptismo paruulorum, c. 13. Et 30. & in Enchiridio, c. 43. c. a paruulo. c. in ecclesia, de consec. dist. 4. doctores scholasticos in 4. sent. dist. 5. ubi late Sotus quaestione unica concilium Lateranense sub Innocentio III. c. 1. concilium Carthaginense III. c. 34. & denique Clementem Papam lib. 6. c. 15. constitutionum Apostolicarum.

EX CODICE IVSTINIANI titu. ne sanctum Baptis. iteretur.

l. 1. Imp. VALENT. VALENS, & GRAT. A.A.A. Ad Flavianum Vicarium Africae.



ANTISTITEM, qui sanctitatem baptismatis illicita usurpatione geminauerit, sacerdotio indignum esse censemus, Eorum enim condemnamus errorem, qui Apostolorum praecipua calcantes, Christiani nominis sacramenta sortitos, alio rursus baptismate non purificant, sed incestant, lauacri nomine polluentes.

Dat. XVI. Kal. Nouem. Constantinop. Gratiano A. IIII. Merobande, Coss.

COMMENTARIVS XII.

ANTISTITEM, qui sanctitatem baptismatis illicita usurpatione geminauerit. Licet Eymericus paulo antea ex capi. de quibus de baptismo & eius effectu, docuerit baptismum non esse iterandum, quod nos plenius commentario decimo huius partis diximus: nihilominus hic idem apertius tradit, addita poena in errantes. Decuit autem de baptismo accurate differere, & de eo certa dogmata tradere: quonia baptismus omnium sacramentorum est ianna: et ideo duas hic de eo leges tractates posuit, quarum prima iterari prohibet baptismum, & utraque iterantibus poenam irrogat.

Hec autem lex, & ceterae tam ciuiles, quam canonicae, quae iterari prohibent baptismum, intelligenda sunt, quoties baptismus collatus est in forma Ecclesiastica: nullo modo est iterandus: at quoties ab hereticis in alia forma datus est, ille non dicitur iterari, cum nunquam fuerit collatus. Atque ita sunt intelligendae auctoritates omnes, quae solent adduci ad probandum baptizatos ab hereticis iterum esse baptizandos: nam loquuntur, quoties heretici in baptismo conferendo non seruauerunt formam Ecclesiae: secus si seruassent, eum ab hereticis uera sacramenta conferantur. Nec desunt rationes huic ueritati de non iterando baptismo congruentes, de quibus Theologi lib. 4. sent. & Turrecremata in c. ecclesiasticis, de consec. dist. 1. na & fides una est, & propterea baptismus quod est fidei sacramentum, unus esse debet. Rursus, quia baptismus est quaedam natiuitas et regeneratio, nec

Quo intelligantur leges prohibentes iterari baptismum.

Cur baptismus non iteretur.

C 4 homo

Pueros esse baptizandos de fide est.

Paruuli sine baptismo de peccato puniuntur.

Paruuli sine baptismo de peccato puniuntur.

homo his nascitur; & quia in baptismo comoritur Christo, qui semel mortuus est; & quia baptismus characterem imprimit, hoc est signum quoddam spirituale & indelebile, ut ait Concilium Tridentinum, sess. 7. de sacramentis. cauo. 9. Tandem quoniam precipue in remedium peccati originalis institutus est: peccatum vero originale semel ablatum nunquam reuertitur. Beatus Clemens Papa lib. 6. cap. 15. consilium. Apostolicarum, de causa non iterandi baptismi, ita ait: Ut enim vnus est Deus, & vnus Christus, & Paraclitus vnus, sic vnus est Baptismus, qui in eius nomine datur.

Pena iterandi baptismi.

Sacerdotio indignum esse censemus. Hæc est pena iterantium baptismum, & concordat in canonicum in c. si. de baptis. & eius effectus, ubi addit sacerdotes rebaptizantes excommunicari, & ab officio & beneficio deponi: Si quis, inquit, Papa, tale quid presumpserit, excommunicationis mucrone percussus ab omni officio & beneficio ecclesiastico deponatur. Et olim grauissimam etiam penam rebaptizantibus imposuerunt decreta in eos quos, de consecrat. dist. 4. ubi penitentia, quam agere debent, qui hoc scelus committunt, statuitur. Sed qui rebaptizat ob solum factum hac pena puniendus est: nam si ita faciendum doceret, & in eo errore pertinax & obstinatus existeret, per omnia velut hæreticus impeniens tractandus esset, & æuria seculari relinquendus.

L. 2. Imp. HONOR. ET THEO. A. A. Anthemio P. P.



Si quis a rebaptizare quæpiam de ministris catholice facta fuerit detectus, vna cum eo, qui piacularè crimen commisit (si tamen criminis per ætatem capax sit & hic, cui per suam sit) ultimo supplicio percussatur.

Dat XII. Kal. April. C. P. Lucio VC. Cos.

COMMENT. XIII.

Rebaptizans & rebaptizari pena.

Si quis rebaptizare. Ultimo afficitur supplicio rebaptizans & rebaptizatus per hanc legem. Oportet tamè quod vtriusque malicia & consensus interueniat, ut aperte docet hic textus: quod si rebaptizatus est aliquis ignoranter, non puniatur, tamen ordinari non potest. c. qui bis. de consec. dist. 4. Qui bis, inquit, ignoranter baptizati sunt non indigent pro eo penitere, nisi quod secundum canones ordinari non possunt, nisi magna aliqua necessitas cogat.

Sed nunquid hodie habebit locum pena huius legis, cum rebaptizare malitiose sit in fide errare. & per consequens crimen ecclesiasticum. c. ut inquisitionis. §. prohibemus. de hæret. lib. 6. & certum est secundum leges ecclesiasticas esse iudicandum, ob proximam rationem, quia videlicet hoc crimen mere est ecclesiasticum: & rebaptizans & rebaptizatus ad misericordiam, si penituerint, recipiuntur & perinde cum his ac ceteris, qui in fide errant, agendum erit.

A Sed poterit ne index secularis deinceps per hanc legem imponere penam vltimi supplicij? & plane non poterit, cum sit crimen mere ecclesiasticum, de quo non iudicat laicus. d. c. ut inquisitionis. §. prohibemus. de hæret. lib. 6. maxime cum pena imposta à iudice ecclesiastico etiam tendat ad vindictam. l. prætor edixit. §. si dicatur. ff. de iniurijs. vbi Bar. & Doctores: secus autem esset dicendum in delictis mixti fori, ut in blasphemia: nam tunc pena iudicis ecclesiastici non impediret penam iudicis secularis. de quo articulo, qui non spectat ad hunc locum, videto plene Antonium Gomezium lib. 3. variar. resolut. cap. 1. num. 40.

b Si tamen criminis capax sit hic, cui persuasum sit. Concordat l. 4. §. vlt. cum l. infamis. ff. ad l. Cornel. de sicar. & c. eos, quos. §. pueris autem. de conse. dist. 4. nam etati subuenitur & parcitur; nõ ergo aliter iuuenes puniendi sunt, quam si criminis quod commiserunt, capaces fuerint: quæ autem dicitur etas criminis capax, non satis constat inter Doctores ut scripsi infra par. 3. super quarto modo processum fidei terminandi. §. his ita positus. neque plane potest id per legem definiti, cum non omnes ex equo eodè tempore sint doli capaces, cum alijs iudicio prestant, & ideo non male dixeris hoc iudicium arbitrio esse relinquendum, ut scripsit Dec. in l. pupillu. ff. de reg. iu. n. 2. & Io. Anania, in c. 1. de delictis puer. Preterea etiam si pueri doli seu criminis capaces sint, ad huc mitius puniri debent; primum, quoniam adolescentia est veluti suapte natura ad vitia labilis & improbitati. Rursus quia huic etati nondum est plenum rationis iudicium atque consilium, ut testatur Arist. lib. 1. Poli. c. vlt. & Cic. lib. 1. Offic. & Turisconsultus in l. 1. ff. de mino. ubi asserit fragile esse & infirmum huiusmodi etatis consilium, & propterea minoribus xxv. annis auxilium prætor eo edicto pollicetur, tandem ideo etati parcitur, quia spes est iuuenes emendatioris futuros, vitiaque vna cum adolescentia deposituros.

C Tere etiam si pueri doli seu criminis capaces sint, ad huc mitius puniri debent; primum, quoniam adolescentia est veluti suapte natura ad vitia labilis & improbitati. Rursus quia huic etati nondum est plenum rationis iudicium atque consilium, ut testatur Arist. lib. 1. Poli. c. vlt. & Cic. lib. 1. Offic. & Turisconsultus in l. 1. ff. de mino. ubi asserit fragile esse & infirmum huiusmodi etatis consilium, & propterea minoribus xxv. annis auxilium prætor eo edicto pollicetur, tandem ideo etati parcitur, quia spes est iuuenes emendatioris futuros, vitiaque vna cum adolescentia deposituros.

D Tametsi vero etati parcendum sit, non propterea omnino est impunitum relinquendum quod adolescentis commiserit, quando crimè in ea etate commissum est, in qua potest cadere l. impunitas. C. de penis, c. si quis cuiuslibet. in fine. & ibi glossa 2 l. 1. q. 5. Qui autem omnino doli capax non est, is nullo modo puniatur. l. illud relatum. ff. de iureiur. cap. illud. l. 5. q. 1. tradit Antonius in 2. par. 3. par. principalis. tit. 30. cap. 1.

E In hoc vero hæresis crimine hæc etiam locum habent; primum, quia cum in alijs tribunalibus, ubi non est tantæ misericordiæ locus, etati parcat, aut aliquid condonetur, multo magis id obseruari debet in iudicio misericordiæ & benignitatis. Ad hæc quoniam difficilior potest credi iuuenes in hoc crimine hæresis, & malitia, & animi improbitate peccare, quàm in alijs veluti homicidijs, adulterijs, furtis, rapinis, & similibus, quia crimen hæresis cum sit spirituale, & mente & intellectu concipitur & perficitur, non ita facile credendum est ab adolescentibus, parrari, qui nondum habent perfectum intellectum rationationis, nec ita coperta habet Christianæ fidei dogmata: & tunc maxime

An punit in foro canonico puniti in foro ciuili.

Doli capax quis dicitur arbitrio iudicis relinquitur.

Cut ad scences punitur debeatur.

Iuuenes in tribunalibus quibus iniquitas puniuntur.

1. Co.

Luc. Matt.

maxime locū sibi vendicaret, cū ab alijs veluti pa-
ventibus aut magistris decepti forent, vt dixi infra
in hac 1. par. super q. 7. §. sit sexta regula.

Illud hic addiderim, quod est valde singulare, qd
si quis delinquens propter etatem teneram aut mi-
tius, aut nullo modo punitus est, non poterit esse-
ctus maior amplius de eodem ipso delicto puniri.
ita Hippolitus Marsilius, in l. infans. ff. de sicarijs.
& in l. de minore. in prim. ver. & an minor. ff. de q.
quem sequitur Tiraquellus tract. de penis tempe-
randis, aut remitten. causa 7. nu. 8. quod & veris-
simum puto.

DE CELEBRATIONE
Missarum, de volumine maiori
Decretalium.

Si qua verba sunt in canone Missae, quae ab Euā-
gelistis dicta non fuerint, credere debemus, quod a
Christo Apostolis, & ab Apostolis eorum succes-
sores acceperunt. Et hoc dicit vsque ad §. Quasi-
uisi.



M a Martha, & infra. Quae
uisti, qd forma verborū, quā
ipse Christus expressit, cū in
corpus & sanguinē suum, pa-
nem trāsūstantiauit & vinū,
illud in canone Missae, quo Ec-
clesia vitur generalis, adieci-

rit, qd nullus Euangelistarum legitur expressisse.
Cū enim in Euangelio sic legatur: Accipiens ca-
licem gratias agens benedixit, & dedit discipulis
suis dicens: bibite ex hoc omnes: Hic est enim san-
guis meus noui testamenti, qui pro vobis, & pro
multis effundetur, in remissionem peccatorum:
In canone Missae sermo iste, videlicet mysteriū
fidei: verbis ipsis interpositus inuenitur. Vnde
cum non Euangelista Christi hoc dixisse teste-
tur, miraris, quod aliquis asseuerare tentauerit,
eum aliquid plus dixisse, quam aliquis Euange-
listarum asseueret. Verū si formam ipsius cano-
nis inspicias diligenter, praeter hoc, de quo tua
fraternitas requisit, alia duo, videlicet: Eleuatis
oculis in caelum: & aeterni testamenti: poteris in
ipso canone reperire, quae in textu Euangelico
non leguntur. Sane multa tā de verbis, quā de
factis dominicis inuenimus ab Euangelistis omis-
sa, quae Apostoli vel suppleuisse verbo, vel facto
expressisse leguntur. Paulus enim in actibus Apo-
stolorum sic ait: Meminisse uos oportet verbi
Domini Iesu, qui dixit. Beatus ¶ est dare quam
accipere. hanc nullus quattuor Euangelistarum
descripsit: nullus etiam horum expressit, quod
Paulus de Christo ad Corinth. scribens ait: Vi-
sus est plus quā quingentis fratribus simul: dein
de visus est Iacobo, nouissime autem tamquam
abortiuo visus est mihi. Ipsi etiam Euangelistae
mutuo inter se suppleuisse leguntur, quae ab eo-
rum aliquo uel aliquibus sunt omissa. Vnde cū
tres Euangelistae posuerint, Hoc est corpus meū
solus Lucas adiecit, quod pro vobis tradetur. &
eum Matthaeus, & Marcus dicant, pro mul-

A tis: Lucas dicit, pro vobis; Matthaeus autem, in
remissionem peccatorum adiunxit. Ceterum ea
quae adduntur in canone Missae, possunt ex alijs
locis Euangelij comprobati. Ioannes enim tu-
scitationem Lazari describens, Iesum sursum
oculos leuasse asserit, & dixisse, Pater gratias ago
tibi, quoniam audisti me. & infra: Si tunc igitur
in caelum oculos leuauit ad Patrem, cum ad cor-
pus exanime animam Lazari reuocauit, proba-
bilis esse videtur, quod tunc oculos leuauerit
ad Patrem in caelum, cum panem & vinum in
corpus & sanguinem proprium commutauit.
Ceterum, sicut superius est expressum, cum in
textu Euangelico, noui testamenti, ponatur, hic
interponitur, & aeterni, nam vetus testamentum
quod hircorum, & vitulorum fuit sanguine de-
dicatū, temporalia promittebat, nouum autem,
quod est Christi sanguine consecratum, promit-
tit aeterna, & ideo testamentum illud fuit uetus
& trāsitorium, hoc autem nouum est & aeternū.
Vel, vt utamur alia ratione, vnde nouum idest
vltimum esse describitur, inde aeternum, idest
perpetuum comprobatur. Nouissimum etenim

C homini testamentum ¶ immobile perseverat,
quia testatoris obitu confirmatur, iuxta quod
Apostolus testamentum in morte asserit confir-
matum, alioquin non valet, dum vixerit, qui te-
statatur. Praeterea non solum scriptura, sed etiam
promissio dicitur testamentum, iuxta quod Apo-
stolus ipse scribit, Ideo noui testamēti mediator
est, vt repromissionem accipiant, qui vocati sunt
haereditatis aeternae. Sic ergo intelligi debet, quod
in ipso canone reperitur, hic est enim sanguis
meus noui & aeterni testamenti, idest, nouae ac
aeternae promissionis, scilicet confirmator, sicut
Dominus repromittit, Qui manducat (inquiens)
carnem meam, & sanguinem meū bibit, habet
vitam aeternam. Ex eo autem verbo, de quo mo-
uit tua fraternitas quaestionem, videlicet, mysteri-
um fidei, munimentum erroris ¶ quidam trahere
putauerunt, dicentes, in sacramento altaris
non esse corporis Christi & sanguinis veritatem
sed imaginem tantum & speciem, & figuram,
pro eo quod scriptura interdum commemorat
id quod in altari suscipitur, esse sacramentum &
mysterium, & exemplum. Sed tales ex eo laqueū
erroris incurrunt, quod nec auctoritates scriptu-
rae conuenienter intelligunt, nec sacramēta Dei
suscipiunt reuerenter. Si enim quia figura est sa-
cramentum altaris, veritas esse negatur, ergo nec
mors, nec resurrectio Christi (cum figura sit) ve-
ritas est eredenda. Si quidem mortem & resurre-
ctionem Christi, similitudinem & imaginem ef-
se ¶ Apostolus manifestat, Christus, inquiens,
mortuus est pro delictis nostris, & resurrexit

D re putauerunt, dicentes, in sacramento altaris
non esse corporis Christi & sanguinis veritatem
sed imaginem tantum & speciem, & figuram,
pro eo quod scriptura interdum commemorat
id quod in altari suscipitur, esse sacramentum &
mysterium, & exemplum. Sed tales ex eo laqueū
erroris incurrunt, quod nec auctoritates scriptu-
rae conuenienter intelligunt, nec sacramēta Dei
suscipiunt reuerenter. Si enim quia figura est sa-
cramentum altaris, veritas esse negatur, ergo nec
mors, nec resurrectio Christi (cum figura sit) ve-
ritas est eredenda. Si quidem mortem & resurre-
ctionem Christi, similitudinem & imaginem ef-
se ¶ Apostolus manifestat, Christus, inquiens,
mortuus est pro delictis nostris, & resurrexit
propter iustificationem nostram. Apostolorum
etiam princeps Petrus sic in epistola sua scribit,
Christus passus est pro nobis, uobis relinquens
exemplum, vt sequamini uestigia eius. Sic ergo
tā mors Christi, quam eius resurrectio est exem-
plum, vt & nos peccato mortui, iustitiae iam vi-
uamus, quare si non fuit veritas, quia fuit exem-
plum, ergo nec vere mortuus fuit Christus: nec
vere

Marc. 14.
Ioan. 11.

¶ Hic post di-
ctionem te-
stamentum,
est dictio,
morte in ple-
risque recen-
tiorib., quae
tamen de est
in omnibus
antiquis, nec
esse debet ut
indicant se-
quentia.

¶ Damnaur
in Concilio
Triid. sess. 13.
de sacramen-
to Eucharis-
tiae, cap. 1. &
can. 1.

Rom. 6.
1. Cor. 15.
1. Pet. 2.

An punit
in foro ci-
nico po-
puniti in
to ciuili.

Doli cap-
quis dicat
arbitrio
cis relin-
tur.
Cur an
scientes a-
ctus p-
debeat.

Inuenit
tribunali
quifitio
mitius in
punitio

¶ Ex vetustis
codicibus re-
stitutus est
hic locus nā
in vulgaris
corruptissi-
me privilege-
batur ita:
Quisuisi q-
sic ioma uer-
borum, quā
ipse Christus
& c. ex quib.
nullus pote-
rat sanus san-
sus colligi.
Matth. 27.
1. Cor. 15.
Luc. 22.
Matth. 26.

vere a mortuis resurrexit. Sed absit a fidelium cordibus error iste, cum Propheta de ipso testetur, quod vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Dicitur tamen mysterium fidei, quoniam aliud ibi creditur, quam cernatur, & aliud cernitur, quam credatur. Cernitur species panis & vini, & creditur veritas carnis & sanguinis Christi, ac virtus vnitatis & charitatis, & infra. Distinguendum est tamen subtiliter inter tria, quae sunt in hoc sacramento discreta, videlicet formam visibilem, veritatem corporis, & virtutem spirituales. Forma est panis & vini, veritas carnis & sanguinis, virtus vnitatis & charitatis. Primum est sacramentum, & non res, secundum est sacramentum, & res; tertium est res, & non sacramentum. Sed primum est sacramentum geminae rei. Secundum est sacramentum vnius, & alterius res existit. Tertium est res gemini sacramenti. Credimus igitur, quod formam verborum, sicut in canone reperitur, & a Christo Apostoli, & ab ipsis eorum acceperint successores.

In sacramento altaris aqua cum vino transubstantiatur in sanguinem: hoc dicit vsque ad §. Tertia loco. Abbas,

Quaeristi etiam, utrum aqua cum vino sanguinem conuertatur? Super hoc autem opiniones apud Scholasticos variantur. Aliquibus enim videtur, quod cum de latere Christi duo praecipua fluxerint sacramenta redemptionis in sanguine, ac regenerationis in aqua; in illa duo vinum & aqua, quae commiscetur in calice, diuina virtute mutantur, ut in hoc sacramento plena sit veritas & figura. Alij vero tenent, quod aqua cum vino transubstantiatur in sanguinem, cum in vinum transeat mixta vino, licet physici contrarium asseuerent, qui aquam à vino per artificium posse asserunt separari. Praeterea potest dici quod aqua non transit in sanguinem, sed re manet prioris vini accidentibus circumfusa, ita quod vini saporem assumit, quod inde conuincitur, quia si post calicis consecrationem aliud vinum mittatur in calicem, illud quidem non transit in sanguinem, nec sanguini commiscetur, sed accidentibus prioris vini commixtum, corpori quod sub eis lateat, vndique circumfunditur, non madidans circumfufum, ipsa tamen accidentia vinum appositum videntur afficere, quia si aqua fuerit apposita, vini saporem assumit. Contingit igitur, accidentia mutare subiectum, sicut & subiectum contingit accidentia permutare. Cedit quippe natura miraculo, & virtus supra consuetudinem operatur. Sed nec inconueniens creditur aut absurdum, si aqua in corpore Christi esse credatur cum legatur de ipsius latere processisse, & infra. Verum inter opiniones praedictas, illa probabilior iudicatur, quae asserit, aquam cum vino in sanguinem transmutari, ut expressius eluceat proprietates sacramenti. Nam cum aquae multae sint populi multi, iuxta quod a libi legitur, Beati qui seminatis super omnes aquas, ideo vi-

Ioan. 19.
† al. corpore.

Isa. 37.

A no aqua vnitur, ut Christo populus adunetur. Per hoc enim quod suscepit ipse de nostro, & accipimus ipsi de suo, tam insolubili nexu coniungimur, ut qui est vnus cum Patre per ineffabilem vnitatem, fiat vnus nobiscum per admirabilem vnitatem, ac per hoc ipso communiter mediante cum Patre vnus efficiatur, Pater inquit sancte, serua eos quos dedisti mihi, ut sint vnus sicut & nos, non pro his rogo tantum, sed pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me, ut & ipsi in nobis vnus sint, & mundus credat quia tu me misisti,

Ioan. 17.

B Oratio quae dicitur in secreta in festo sancti Leonis immutata est, quia vbi dicebatur: Annue nobis Domine, ut animae famuli tui Leonis, haec proficit oblatio: hodie dicitur: ut intercessione nobis beati Leonis, haec nobis proficit oblatio. Et haec mutatio contingit, quia sancti nostri orationibus non indigent, sed nos suis, hoc dicit vsque ad finem Abbas,

Tertio loco Fraternalitas tua requisit, quare fuerit mutata quod in secreta beati Leonis secundum antiquiores codices continetur, sic videlicet, Annue nobis Domine, ut animae famuli tui Leonis haec proficit oblatio, cum in modernis sacramentarijs habeatur, Annue nobis quaesumus Domine, ut intercessione beati Leonis haec nobis proficit oblatio? Super quo respondemus, quod cum sacra scriptura dicat auctoritas, & iniuriam facit martyri qui orat pro martyre, id est est ratione consimili de alijs sanctis sentiendum, quia orationibus nostris non indigent, pro eo quod cum sint perfecte beati, omnia eis ad vota succedunt, sed nos potius orationibus eorum indigemus, quos (cum miseri simus) vndique mala nostra perturbant. Vnde quod in plerisque orationibus continetur, proficit vel proficiat huic sancto vel illi talis oblatio ad gloriam & honorem, ita debet intelligi, ut ad hoc proficit, quod magis ac magis a fidelibus glorificetur in terris, licet plerique reputent non indignum, sanctorum gloriam vique ad iudicem augmentari, & ideo Ecclesiam interim sane posse augmentum glorificationis eorum optare. Verum utrum in hoc articulo locum habeat illa distinctio, qua docetur, quod defunctorum alij sunt valde boni, alij sunt valde mali, alij mediocriter boni, alij mediocriter mali, vnde suffragia, quae fiunt a fidelibus in Ecclesia pro valde bonis, actiones sunt gratiarum, pro valde malis, consolationes viuorum; expiationes vero pro mediocriter bonis, & propitiationes pro mediocriter malis, tua discretio inuestiget.

† Hoc est S. Augustini de vitiis Apostolicae mone ferretur in sent. dist. cap. 1.

† al. quod magis ac magis.

COMMENT. XIII.

C V M Martha, & infra. Optime conuenit haec decretalis cum insinuatione auctoris: nam multae in ea deserviuntur catholice veritates, quae ad plantandam & augendam fidem spectant. Series eius indicat tria catholica dogmata potissima declarari. Primum

Primum est: Si qua sunt verba in celebratione Missae cum sacramentum conficitur, quae nominatim in Evangelio non continentur, credendum est Apostolos a Christo, et nos ab ipsis per traditionem accepisse.

Alterum est: In sacramento Eucharistiae aqua illam modicam vino commixtam, simul cum vino in sanguinem conuertit.

Postremum est: Sanctos in celo cum Deo regnantes non indigere precibus nostris, sed potius nos illorum intercessionibus.

b Sane multam tam de verbis quam de factis Dominicis. Hic incipit respondere quaestioni propositae de auctoritate magnum et inuolabilem Apostolicarum traditionum. Est enim inuolabilis regula, ritus Ecclesiae universalis, antiquos et approbatos, quorum memoria non extat, tam circa sacramenta conficienda et ministranda, quam circa ministros Ecclesiasticos, et Ecclesiastica ministeria, quorum in Evangelio nulla mentio est, Christi autem uerba uocis oraculo, aut per reuelationem a Spiritu sancto Apostolis tradidisse: Apostolos uero suis successoribus indicasse, et obseruandos reliquisse, nec Apostolicas traditiones minorem auctoritatem habent, quam sacra ipsa scriptura: nam traditiones Ecclesiae scripturae sunt antiquiores. Christus enim doctus librum nullum scripsit, immo quantum legitur, nec precepit ut scriberetur. Eunt, autem, praedicant Euangelium omni creature, non dicunt, scribite, Marci ultimo, et lex quidem Euangelica, quae lex spiritus est, ab initio nullis est litteris exarata, sed credenda fidelibus predicata, et Apostoli prius Euangelium uia uoce docuerunt, deinde mandauerunt litteris, ut graues et idonei testes profiterentur. Irenaeus lib. tertio, cap. 1. aduersus haereses. Eusebius luculeter libro 3. histo. Eccle. cap. 24. Crisostomus homilia 1. in Matth. Theophilus in initio comert. in Matth. denique uniuersi Ecclesiastici auctores. Quae ergo documenta in scripturam redacta sunt, scripturam uocamus: quae autem non sunt scripta, quia non sunt uisum Spiritui sancto necessarii, et Ecclesia retinet ab Apostolis accepta, traditiones dicimus. Perpetua Mariae matris Dei uirginitas, paruulos esse baptizandos, sanctorum auxilium esse implorandum, eorum memoriam pie esse colendam, et eorum imagines adorandas, et sexcenta huiusmodi, quae longum esset recensere, nullis sunt sacris litteris prodita, sed quia traditione Apostolica tenet Ecclesia, perinde ea certa sunt ac si Euangelio scripta essent, et talia sunt haec, de quibus hic disserit Romanus Pontifex.

Atque haec quidem breuiter satis sit attulisse, ad hunc locum illustrandum, qui ab haereticis nostris seculi ualde laeratur: nam cetera persequi, quae ad traditiones spectant, alterius est loci, nec nostra breuitatis aut instituti, ac de uide quid et auctoritate Apostolicarum traditionum multa Clemens Papa Romanus, qui octo libris uniuersas fere Apostolorum traditiones dicitur esse complexus, multa etiam Carolus Boninus in praefatione ad praefatos libros Clementis, et Martinus Perez ab Ayala Archiepiscopus Valentinus peculiari libro de traditionibus Ecclesiasticis, et eleganter more suo Melchior Ca-

A nus toto lib. 3. de locis Theologicis, apud quem inuenies ibid. c. 4. (quod est in hac materia potissimum) quibus modis traditiones Apostolicae inuestigantur et cognoscantur. Atque ut breui concludam, traditio num quanta sit auctoritas, docuit concilium Tridentinum sess. 4. in decreta de canonicis scripturis; ubi Ecclesiasticas traditiones, patri pietatis affectu et reuerentia cum sacra ipsa scriptura suscipiendas et reuerandas docet.

c Quasi uisum etiam, utrum aqua cum vino in sanguinem conuertatur. Hae est secunda catholica assensio, quod aqua scilicet cum vino in Christi sanguinem conuertatur. obiter autem tres commemorat Papa opiniones. Una est dicentium, aquam uino commixtam peracta consecratione seorsum manere: quae tamen opinio uera esse nequit, cum per consecrationem nihil aliud sub speciebus sacramentalibus remaneat, quam corpus et sanguis Christi. Secunda opinio est asserentium, quod sicut uinum transubstantiatur in sanguinem, ita et aqua in illa, quae de latere Christi effluxit, sed neque hoc est uerum: nam si ita esset, deberet uinum per se, et aqua seorsum consecrari. Tertia demum est sententia eadem qua certissima, quam hoc loco approbat Papa, uide licet aquam prius in uinum conuertit, inde uinum in sanguinem, hoc est Pontificis institutum in hoc S. ad quod intelligendum uidero quae scribunt Theologi lib. 4. sent. dist. in. 9. ubi late Dominicus Sotus q. 1. arti. 6. et S. Thomas 3. par. q. 74. art. 6. adde c. 1. et c. cum omne. de consecra. dist. 2. ubi pulebra sunt de hac re Pontificum decreta.

C Quod uero aqua uino sit miscenda in hoc ineffabili sacrificio, non fuit Alexandri Pontificis institutum, ut male sensit Armachanus lib. 9. cap. 9. sed ita fieri debere Christus docuit. Apostolos, et illi nobis obseruandum tradiderunt, ut luculeter probat Sanctus Cyprianus lib. 2. epistolae uerum Epistolo. 3. ad Ceciliam, et refertur in c. sic in sanctificatione. et in c. scriptura. de conse. dist. 2. et docet item Concilium Chartaginense 3. c. 24. relatum in c. in sacramento. de conse. dist. 2. quod recte etiam precitato loco Sotus ostendit. cetera huic spectata Theologis libenter tractanda relinquo; non enim spectat ad Emerici institutum.

d Tertio loco fraternitas tua requisit. Hoc est postremum dogma, in quo nulla occurrit difficultas, conuenit cum eo doctrina Concilij Tridentini sess. 25. in principio de inuocatione sanctorum. adde Melchior Canum lib. 3. de locis Theologicis, c. 3. uer si multa pertinere, ubi uere docet traditione Apostolica constare, sanctorum auxilium et preces implorandas. contra senserunt olim Pauperes de Lugduno, ut refert Emericus par. 2. q. 14. haeres. 15. quae errorem huius seculi haereticum quasi ab inferis excitantes, renouant, quorum deprauatus animus, et mens deperdita eo mihi potissimum spectare uidentur, ut in odium Ecclesiae catholicae Romanae excitent quidquid impium, et blasphemum unquam assertum est.

Aqua uino commixta per consecrationem in sanguinem Domini conuertitur.

Traditione Apostolica auxilium sanctorum imploramus.

INHIBITIO FACTA DE A
mandato Domini Gregorij XI.

Ne tres hic inferti articuli de corpore Christi de
inceps prædicentur sub pena excom-
municationis.

Condemnatio quorundam articulorū de sacramēto
Eucharistia Fratris Petri de Bonageta, ordinis
Fratrum Minorum, et quorundam aliorū facta
per Gregorium XI.



MISERATIONE diuina Petrus S.
Eustachij, & Guillelmus, sancti An-
geli Diaconi Cardinales, Reueren-
dis Patribus Tarracon. & Casarau-
gustan. prouinciarum, Archiepisco-
pis, eorumq; suffraganeis; necnon inquisitorib.
hereticæ prauitatis a sede Apostolica in ipsis pro-
uincijs deputatis, Salutem & sinceram in Domi-
no charitatem.

Relatione religiosi fratris Nicolai Eimerici
magistri in Theologia, ac in dictis prouincijs hæ-
reticæ prauitatis inquisitoris, ad audientiam Do-
mini nostri Papæ nuper pertenuit, quod tam in
uestris, quā in suffraganeorū uestrorū Ecclesijs
palam & publice per certos religiosos prædicati
fuerunt tres articuli subsequentes in effectu.

Primus, quod si hostia cōsecrata cadat, seu proi-
ciatur in cloacam, lutum, seu aliquem turpē lo-
cum, quod speciebus remanentibus, sub eis esse
definit corpus Christi, & redit substantia panis.

Secundus, quod si hostia consecrata a mure
corrodatur, seu a brutto fumatur, quod remanē-
tibus dictis speciebus: sub eis definit esse corpus
Christi, & redit substantia panis.

Tertius, quod si hostia cōsecrata a iusto vel a
peccatore sumatur, quod dum species dentibus
teritur, Christus ad cælum rapitur, & in uentrem
hominis non traicitur.

Supplicato igitur per ipsum inquisitorem eod-
em Domino nostro Papa super huiusmodi arti-
culis, ex quorum prædicatione possent scanda-
la suscitari, salubriter prouideri: Idem dominus
noster Papa, nobis ibidem presentibus, uia uo-
cis oraculo expresse commisit, quatenus auctori-
tate sua Apostolica uobis mādarem, ut omnis
moræ sublato dispendio in dictis uestris prouin-
cijs sub pena excommunicationis inhibeat: ut
ne quis deinceps dictos articulos publice præsu-
mat prædicare. Nos igitur Petrus & Guillelmus
Cardinales prædicti, huiusmodi mandatum A-
postolicum cupientes exequi, ut tenemur: uobis
& uestrum cuiuslibet in uirtute sanctæ obedientiæ
præcipimus & mandamus; Ne ab inde in antea
dictos articulos, seu eorum alterum, sub eisdem,
uel alijs uerbis idem sonantibus in substantia seu
in effectu, in uestris ecclesijs uel alibi palam seu
publice prædicari a quoquā permitatis: & hoc
sub pena excommunicationis: qua contrarium
facientes innotetis ipso facto. Notificantes uo-
bis nihilominus simili mandato per ipsum Do-

minum nostrum Papam nobis facto, quod idem
Dominus noster Papa Fratri Ioanni de Latone
ordinis fratrum Minorum, qui aliquos de di-
ctis articulis in uestris ecclesijs frequēter rectā
do prædicauerat inhiberi fecit sub pena excom-
municationis, ne dictos articulos de cetero publi-
ce prædicare præsumat. In quorum omnium te-
stimonij, sigilla nostra presentibus duximus im-
ponēda. Datum apud Villam nouam Auinion.
diocesis, die viij. mensis Augusti anno Domini
Millesimo trigētesimo septuagesimo primo, In
dictione Nona. Pontificatus sanctissimi in Chri-
sto Patris Domini D. N. Gregorij diuina prou-
dentia Papæ XI. Anno primo.

COMMENT. XV.

P R I M V S, quod si hostia consecrata ca-
dat, seu proiciatur in cloacam, lutum, qui
tres articuli de recessu corporis Christi a speciebus
sacramentalibus, & de reuersione substantia panis
quoties Eucharistia cadit in locum immundum, aut
a brutto animali mādatur, aut a iusto vel pecca-
tore homine dentibus teritur, ualde sunt inopi:
& cōcōrs Theologorum sententia contrariū docet lib.
4. sent. dist. 9. & dist. 12. ex quibus colligitur hæc
certa & uera cōclusio: Tādū manet corpus & san-
guis Christi in hoc sacramento quamdiu manent
species panis & uini: tamdiu uero manent species,
quādiu sub illis maneret substantia panis & uini.
Manifestū est autem, quod si peccator, uel iustus, uel
aliud animal sumeret panem & uinum, nō illico ille
substantia esse desinerent, aut corrumperent, sed
duraret quousq; per calorem naturalem essent dige-
stæ & cōsumptæ: sicut ergo ut usq; ad illud momen-
tum manet corpus, & sanguis Christi sub illis. Idē
penitus est dicendum, si in locum immundū species
sacramentales ceciderint. ita S. Thomas 3. p. q. 80.
art. 3. Scotus lib. 4. sent. dist. 12. q. 1. art. 2. Denique,
ut breuiter agam, hæc sententiā catholicam proba-
re uideret Cōcilium Tridentinū sess. 13. c. 4. hos au-
tem errores tenuit Vuclessus, contra quem disserit
Thomas Waldensis tom. 2. de sacramentis. c. 60.

His erroribus prorsus est similis ille, quem tra-
dit Hugo lib. 2. de sacramentis. p. 8. c. 13. & Imo-
cen. lib. 4. c. 15. de mysterio Missæ, & glossa in ca-
tribus, in uerbo, miscere, de consec. dist. 2. uideli-
cet, species sacramentales nō descendere in stomachū
nam re uera descendunt, aliter non proiceretur per
pomitū, quod est cōtra textū in c. si quis per ebrie-
tate, de consec. dist. 2. & cōtra communem & ca-
tholicam Theologorum sententiā. Neque hoc uer-
git in detrimentū, aut dedecus dignitatis corporis
Christi, seu nihil plane dignitatis tractū fuit ex eo
quod a peccatoribus, & conspurcatis spiritibus, & cecit
alapis, & crucifigi uoluit. & quamuis bruum aut
māl hoc uenerabile sacramentum deglutiat, nō ta-
men id sacramentaliter sumit, quoniam non potest
eo uti ut sacramento, cum sit rationis expertus, sed
sumit corpus Christi p accidens, sicut ille, qui come-
deret hostiam consecratam, ignoras cōsecratā esse.

SYM.

De prædica-
tibus errores,
uide quid sta-
tuat conciliū
Tridentinum
sess. 5. de re-
for. c. 2. §. si ve-
ro qd ablit.

Manet Ch-
stus in spe-
ciebus sacra-
mentibus
alibus
bulcari
mat. Syn-
Apol-
our co

SYMBOLVM APOSTOLORVM.



CREDO in Deum, Patrem omnipotentem, Creatorem celi & terra, Et in Iesum Christum, Filium eius unicum, Dominum nostrum: Qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria Virgine: passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & sepultus: Descendit ad inferos: Tertia die resurrexit a mortuis: Ascendit ad celos: Sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis, Inde venturus est iudicare vivos & mortuos: Credo in Spiritum sanctum, sanctam Ecclesiam catholicam sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, vitam aeternam. Amen.

COMMENT. XVI.

CREDO In Deum.] Optime beatus Thomas 2. 2. q. 1. arti. 10. quem sequitur S. Antonius part. 4. tit. 8. c. 4. §. 3. Symbolum esse collectionem sententiarum fidei, quoniam in eo sint collectae illae sententiae, seu articuli ad fidem spectantes, quos necessarium est explicite credere; qui in sacra scriptura varijs locis dispersi continentur. Sunt autem eiusmodi symbola multa, ut paulo post dicemus: hoc tamen omnium est primum, & apposite valde dicitur, Apostolorum Symbolum, quia procul dubio illud Apostoli primum condiderunt, causam docet sanctus Clemens Papa in epistola ad Iacobum fratrem Domini in haec verba, Christus itaque resurgente, ascendente in caelum, missus sancto Spiritu, collata Apostolis scientia linguarum, adhuc in vno positi, symbolum quod fidelis nunc tenet Ecclesia, utriusque quod sensit dicendo, condiderunt, ut discedentes ab invicem hanc regulam per omnes gentes praedicarent. & paulo post; Symbolum enim Graece, Latine, collectio dicitur. Et hoc praedicti sancti Apostoli inter se, per Spiritum sanctum salubriter (ut dictum est) condiderunt. Dicitur & indicium, quod per hoc, qui recte crediderit, indicatur. Haec tenus ibi.

Et sanctus Augustinus de tempore, sermone 181. de eodem ita scribit, Sancti Apostoli certam regulam fidei tradiderunt, quam secundum numerum Apostolicum, duodecim sententiarum comprehensum, symbolum vocauerunt, per quam credentes Catholicam tenerent veritatem, & per quam haeticam conuincerent prauitatem. Symbolum ergo tali ratione institutum maiores nostri dixerunt, tradunt enim quod post Ascensionem Domini, & Saluatoris nostri ad Patrem cum per aduentum Spiritus sancti discipuli eius inflammatis linguis omnium loqueretur ad singulas quasque nationes, ut Dei verbum praedicarent, iturum ac discessuri ab invicem, normam prius sibi futurae praedicationis in commune statuerunt, ne localiter ab invicem discedentes, diuersum vel dissoum praedicarent his, qui ad fidem Christi inuitabantur. Omnes igitur in vno positi, &

A Spiritu sancto repleti, breue suae praedicationis iudicium conferendo in vnum, quod sentiebat, vnusquisque computabat, atque hanc ita credentibus dandam esse regulam instituerunt. Haec tenus Augustinus.

Hoc symbolo Apostolorum totidem sententiarum diuinitus consignato, veluti acutissimo quodam gladio omnes haeticorum errores posse detruunci asserit Leo Papa eius nominis primus, epistola quadam, quae ad Pulcheriam Augustam in haec verba. Si quidem ipsius Catholici symboli breuis & perfecta concessio, quae duodecim Apostolorum, totidem est signata sententiarum, tam instructa sit munitione caelesti, ut omnes haeticorum opiniones solo ipsius possint gladio detruunci. Cuius symboli plenitudinem, si Eutyches puro & simplici voluisset corde concipere, in nullo a decretis sacratissimi Niceni concilij deuiaret, ut contra Apostolicam fidem, quae non nisi vna est, nullum se ingenium, nullum eleuaret eloquium. Haec tenus ille. Hoc symbolum pulchre interpretatur sanctus Augustinus tom. 3. lib. de fide & symbolo. item tom. 9. de Symbolo ad catechumenos libris quatuor & tom. 10. de tempore, sermone 115. & sanctus Thomas quodam opusculo de hac re conscripto incipiente, primum, quod est necessarium.

SYMBOLVM SANCTORVM PATRVM.

CREDO in vnum Deum, Patrem omnipotentem, factorem caeli & terra, visibilium omnium & inuisibilium: Et in vnum Dominum Iesum Christum filium Dei vnigenitum: Et ex patre natum, ante omnia saecula, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, Genitum, non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt, Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de caelis, Et incarnatus est de Spiritu sancto, ex Maria virgine: Et homo factus est: Crucifixus etiam pro nobis, sub Pontio Pilato: passus & sepultus est: Et resurrexit tertia die, secundum scripturas. Et ascendit in caelum, sedet ad dexteram Patris: & iterum venturus est cum gloria iudicare vivos & mortuos: cuius regni non erit finis: Et in Spiritum sanctum Dominum, & viuificantem: qui ex Patre filioque procedit: Qui cum Patre & Filio simul adoratur, & conglorificatur: qui locutus est per Prophetas: Et vniam sanctam Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam: Confiteor vnum baptisma in remissionem peccatorum: Et expecto resurrectionem mortuorum: Et vitam venturi saeculi. Amen.

COMMENT. VI.

CREDO in vnum Deum Patrem omnipotentem.] Cum praeter Symbolum Apostolorum, de quo paulo antea dictum est, extent duo alia symbola, Nicenum & Constantinopolitanum

Symbolo vincuntur haetici.

Symbolum sancti Patrum, quod dicitur, vbi conditum.

Manet Ch...
fres in spe...
bus sacrae...
e alibus a...
bus sacrae...
matum.

Symbolum
Apostolorum
eius codicum.

num; & utrumque eadem serie verborum videatur esse ordinatum: dubium videri posset, quod ex illis vocet hic Eymericus symbolum sanctorum patrum; sed nos Symbolum Nicæni concilij hic dicitur sanctorum patrum credimus: & ita etiam S. Anton. sentit, part. 4. tit. 8. cap. 4. §. 3. quod fuit conditum contra Arrium in synodo Nicæna, & à 318. Episcopis subscriptum & confirmatum, de quo Nicephorus Callistus lib. 8. c. 17. scribit ita: Productus est in medium Arrius, atque de eis, quæ ab ipso in quæstionem deducta fuerant, diligens & accurata disquisitio facta. In primis vero cauebatur, ne temere atque præcipitanter in alteram partem sententiæ proferrentur. & paulo infra. Sed enim confessio fidei à trecentis & decem octo episcopis in scriptum relata, atque ab eisdem, & simul à sapientissimo Constantino annotationibus confirmata, quæ etiam nunc Ecclesijs olim tradita obtinet, de verbo ad verbum sic habebat: Credimus, in vnum Deum, &c. Cui itaque absolute & simpliciter dicitur aut nominatur symbolum sanctorum Patrum, per excellentiam symbolum Nicænum intelligendum esse crederem: quamquam & symbolum Constantinopolitanum intelligi etiam videri possit, propter Decretum concilij I. oletani III. cap. 2. ubi id symbolum in Missarum sollempnitatibus iubetur recitari.

Hoc ipsum Symbolum eadem fere serie verborum, & sententiæ penitus eadem seruata, in synodo Constantinopolitana prima, habita à centumquinquaginta Episcopis sub Theodosio maiore era 419. aduersus Macedonium repetitum fuit & ordinatum. idem autem Symbolum, siue Nicænum, siue Cōstātinopolitanum (quia ut dixi non differunt) in multis concilijs repetitum est, veluti, in sexta synodo Constantinopolitana actio. 17. in concilio Calcedonensi actio. 2. & alibi sæpe.

In his Symbolis illud est diligenter obseruandum quod notat sanctus Thomas 1. par. quæst. 36. art. 2. ad 2. argumentum, & sanctus Anton. 4. part. tit. 8. ca. 4. §. 1. videlicet, in vno explicatius & apertius quæpiam tradi, quam in alio; non tamē cōdebatur nouum Symbolum: ait enim sanctus Thomas in singulis fere concilijs institutum fuisse Symbolum aliquod propter aliquem errorem, qui in eo concilio dānabatur; sequens tamen conciliū nen faciebat aliud symbolum quā primū; sed id quod implicite cōtinebatur in vno symbolo, in alio explanabatur contra hereses insurgentes. quod ipsum sæpe alibi repetit, & præsertim, 2. 2. quæst. 1. art. 9. & lib. 3. sent. dist. 25. quæst. 2. art. 2.

Hinc intelliges mentiri Græcos, qui asserunt ea verba, filioque, addita esse perperam à Latinis, cum in antiquis symbolis non reperiantur: quia enim olim is error de processione Spiritus sancti nondum erat exortus, non oportuit in symbolo id ampliari & declarare. Iam quod ea verba non sint additio, sed expositio eius quod inerat, diuinitus declarat concilium Florentinum sub Eugenio iiii. sessio. 6.

De his Symbolis multa fit à sacris Doctoribus & approbatis concilijs passim mentio.

Cur & quando Symbolū in Ecclesijs cantari cœperim.

A Id vero nullo modo est præmittendum, quod quidam sentiunt, nempe hæc symbola in Ecclesijs, orientalibus ad mentes hominum in fide confirmandas inter Missarum sollempnia iussa esse recitari, quo tempore Arrii, Sabellij, & cæterorum hæreses, pacem & fidem orientalium Ecclesiarum perturbabant: inde vero ad Ecclesias occidentales eam consuetudinem peruenisse; & in Hispania in concilio Toletano tertio sub Pelagio Papa eius nominis secundo, era 627. celebrato, cautum est, vt Symbolū hoc in Ecclesijs recitaretur ad corroborandas inualidas hominum mentes, vt in decretis eius concilij, cap. 2. scriptum est. Cæterum verisimilius alij putant, in quibus est Franciscus Feuardentius apud Franæum lib. 2. c. 2. Iam Apostolos ipsos Symbolum decantasse dum sacrosancta Eucharistiæ mysteria celebrarent, vt colligitur ex Dionysio Areopagita cap. 3. ecclesiast. hierarchie. Optimo autem consilio hæc recitauit Eymericus, quia maxime ad institutum suum spectant, cum potissimum his fides fundetur & fulciatur.

REGVLA FIDEI BEATI Athanasi Episcopi ab Ecclesia approbata.

C **Q**UICVNQVE vult saluus esse, ante omnia opus est, vt teneat Catholicam fidem; Quam nisi quisque integram, inuiolatamque seruauerit, absque dubio in æternum peribit. Fides autem catholica hæc est: vt vnum Deum in Trinitate, & Trinitatem in vnitatem veneremur. Neque cōfundentes personas, neque substantiam separantes. Alia est enim persona Patris, alia Filij, alia Spiritus sancti: Sed Patris, & Filij, & Spiritus sancti vna est diuinitas, æqualis gloria, cœterna maiestas. Qualis Pater, talis Filius, talis Spiritus sanctus. Increatus Pater, increatus Filius, increatus Spiritus sanctus. Immenus Pater, immensus Filius, immensus Spiritus sanctus. Aeternus Pater, æternus Filius, æternus Spiritus sanctus. Et tamen non tres æterni, sed vnus æternus. Sicut non tres increati nec tres immensi, sed vnus increatus, & vnus immensus: similiter omnipotens Pater, omnipotens Filius, omnipotens Spiritus sanctus. Et tamen non tres omnipotentes, sed vnus omnipotens. Ita Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus sanctus. Et tamen non tres Dij, sed vnus est Deus. Ita Dominus Pater, Dominus Filius, Dominus Spiritus sanctus. Et tamen non tres Domini, sed vnus est Dominus. Quia sicut sigillatim vnamquamque personam Deum ac Dominem confiteri Christiana veritate compellimur: Ita tres Deos aut Domines dicere, catholica religione prohibemur. Pater à nullo est factus, nec creatus, nec genitus. Filius à Patre solo est, non factus, nec creatus, sed genitus. Spiritus sanctus, à Patre & filio, non factus nec creatus, nec genitus, sed procedens. Vnus ergo Pater, non tres Patres, vnus Filius, non tres Filij; vnus Spiritus sanctus, non tres Spiritus sancti. Et

Athanasi
gula
cæ,
quos
quis
fuit.

Et in hac Trinitate nihil prius, aut posterius, nihil maius, aut minus: sed totæ tres personæ coæternæ sibi sunt, & coæquales: Ita ut per omnia, si cut iam supra dictum est, & vnitas in Trinitate, & Trinitas in vnitate ueneranda sit. Qui vult ergo saluus esse, ita de Trinitate sentiat. Sed necessarium est ad æternam salutem, vt incarnatione quoque D. N. Iesu Christi fideliter credat. Est ergo fides recta, vt credamus & confiteamur, quia Dominus noster Iesus Christus Dei filius, Deus & homo est. Deus est ex substantia Patris ante secula genitus, & homo est ex substantia Matris, in sæculo natus. Perfectus Deus, perfectus homo; ex anima rationali & humana carne subsistens. Aequalis Patri secundum diuinitatem, minor Patre secundum humanitatem. Qui licet Deus sit & homo, non duo tamen, sed vnus est Christus. Vnus autem non conuersione diuinitatis in carnem, sed assumptione humanitatis in Deum, vnus omnino non confusione substantiæ, sed vnitate personæ. Nam sicut anima rationalis & caro vnus est homo, ita Deus & homo vnus est Christus. Qui passus est pro salute nostrâ, descendit ad inferos, tertia die resurrexit a mortuis. Ascendit ad cælos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis. Inde venturus est iudicare viuos & mortuos. Ad cuius aduentum omnes homines resurgere habent cum corporibus suis, & reddentur sunt de factis proprijs rationem. Et qui bona egerunt, ibunt in vitam æternam, qui vero mala, in ignem æternum. Hæc est fides catholica, quam nisi quisque fideliter firmiterque crediderit, saluus esse non poterit.

COMMENT. XVII

Athanasii regula cur dicta, conera quos edita, & quis Athanasius.

Regula fidei sancti Athanasij. In omnibus codicibus legitur, regula, non symbolum: quod peculiari ratione factum est: symbolum enim proprie dicitur articuloꝝ & veritatum collectio, & fidei confessio ab Apostolis, & generalibus concilijs auctoritate Pape munitis, facta. Que vero a priuatis patribus ordinationes de fide factæ sunt, licet ab Ecclesia fuerint comprobatæ, regulæ dicuntur, siue confessiones, nõ symbola: quoniaꝝ Symbolum fidei edere Pontificis munus est, non priuatorum patrum, vt optime docet S. Thomas 2. 2. q. 1. art. 10. & sanctus Antonius par. 4. tit. 8. c. 4. §. 3. & plane Eugenius iiii. quodam decreto post generalem octauam synodum collecto, hanc Athanasij ordinationem regulam vocat in hæc verba:

Sexto compendiosam illam fidei regulam, per beatissimum Athanasium editam, ipsis præbemus oratoribus, cuius tenor talis est; Quicumque vult saluus, &c. Hic est ille Athanasius, ut scribit Nicephorus lib. 8. c. 15. histor. Ecclesiast. qui fortiter cum Arrianis congressus est in concilio Niceño, aduersus quos hanc etiam regulam siue manifestationem fidei per modum doctrine edidit, vt præcitato loco ait. Sanctus Thomas, ad quam explicandam multis vigilijs opus esset, nec locus hic patitur vt singula enarremus, cum omnia fidei my-

Astera breui oratione in ea comprehendantur. Id solum obseruandum hic censeo contra Græcos, qui negant Spiritum sanctum procedere etiam a Filio, hinc Athanasium primum eorum Doctorem contra asserere, sibi: Spiritus sanctus a Patre & filio, non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens. id quod alibi etiam monuimus.

BQue vero de Athanasij regula proxime dicta sunt, eadem accipienda sunt de confessione sancti Hieronimi, & de libro de fide ad Petrum sancti Angustinii, que mox inseruntur ab Eymérico: ex quibus multe catholice veritates colliguntur, quod multum spectat ad eius institutum in hac parte, in quibus etiam plurima sunt ualde obscura, & quasi latentia spiritum continentia, que a nobis ideo sunt ommissa, ne uolumen immensum cresceret, & quia hæc tractatio ad Theologos proprie spectat, nec est presentis speculationis, ac instituti.

CONFESSIO + FIDEI BEATI Hieronymi Presbyteri.



CREDIMVS in Deum Patrem omnipotentem, cunctoꝝ visibilium & inuisibilium conditorem. Credimus & in Dominum nostrum Iesum Christum, per quem creata sunt omnia, verum Deum vnigenitum, & verum Dei filium: non factum aut adoptiuum, sed genitum & vnium cum Patre substantiæ, quod Græci dicunt *ὁμοούσιον*: atque ita per omnia æquale Deo Patri, vt nec tempore, nec gradu, nec potestate possit esse inferior: tantumque confitemur esse illum, qui est genitus, quantum est ille qui genuit. Non autem quia dicimus genitum a Patre filium diuina & ineffabili generatione, aliquod ei tempus ascribimus, sed nec Patrem aliquando capisse, nec Filium. Nec enim aliter confiteri possumus æternum Patrem, nisi confiteamur etiam coæternum Filium. Ex Filio enim Pater dicitur, & qui semper Pater fuit, semper Filium habuit. Credimus & in Spiritum sanctum, verum Deum, ex Patre & filio procedentem, æqualem per omnia Patri & Filio, voluntate, potestate, æternitate, substantia. Nec est prorsus aliquis in Trinitate gradus, nihil quod inferius superiusue dici possit: sed tota Deitas sui perfectione æqualis est, vt exceptis uocabulis, que proprietatem personarum indicant, quicquid de vna persona dicitur, de tribus dignissime possit intelligi. Atque ut confundentes Arrium, vnâ eandemque dicimus trinitatis esse substantiam, & vnium in tribus personis fatemur Deum, ita impietatem Sabellij declinantes, tres personas expressas sub proprietate distinguimus, non ipsum sibi Patrem, ipsum filium, ipsum sibi Spiritum sanctum esse dicentes, sed aliam Patris, aliam Filij, aliam Spiritus sancti esse personam. Non enim nomina tantummodo, sed etiam nominum proprietates, id est, personas velut Græci exprimunt hypostases, hoc est substantiæ, cõfitemur. Nec Pater filij, aut Spiritus

Habetur in Tomo 9. operum S. Hier. Romæ imp. s. episto. 17. cū hac scriptio ne: Symboli explanatio ad Damasum.

Etus

tus sancti personā aliquādo excludit, nec rursus Filius, aut Spiritus sanctus Patris nomen Personāque recipit: sed Pater semper Pater est, Filius semper Filius, aut Spiritus sanctus semper Spiritus sanctus est. Itaq; in substantia vnū sunt, personis ac nominibus distinguuntur. Ipsum autē Dei Filium, qui absque initio aeternitatem cū Patre, & Spiritu sancto possidet, dicimus in fine saeculorum perfectum naturā nostrę hominem suscepisse ex Maria semper virgine, & Verbū carnē esse factū assumendo hominem, non permutando Deitatem: nec vt quidam sceleratissime opinantur, Spiritum sanctum dicimus fuisse; pro semine, sed potentia ac virtute creatoris operatū. Sic autem confitemur in Christo vnā filij esse personam, vt dicamus duas esse perfectas atque integras substantias, id est, deitatis & humanitatis, quæ ex anima cōtinetur & corpore. Atque vt condēnamus Photinum, qui solum & nudum in Christo hominē confiteretur: ita anathematizamus Apollinarem, & eius similes, qui dicunt Dei filium minus aliquid de humana suscepisse natura: & vel in carne, vel in anima, vel in sensu assumptū hominem, his propter quos assumptus est fuisse dissimilem, quem absque sola peccati macula, quæ naturalis non est, nobis confitemur fuisse conformem. † Illorum quoque similiter execramur blasphemiam, qui nouo sensu asserere conantur, a tempore susceptæ carnis omnia, quæ erant Deitatis, in hominem demigrasse: & rursus quæ erant humanitatis, in Deum esse transfusa, vt quod nulla vnquam hæresis dicere ausa est, videatur hac confusione vtraq; exinanita, substantia Deitatis scilicet & humanitatis, & à proprio statu in aliud esse mutata, qui tam Deum imperfectum in Filio, quam hominem constituentur, vt nec Deum verum, nec hominem tenere credantur. Nos autem dicimus susceptum iā à Dei Filio passibile nostrū corpus, vt Deitas impassibilis permaneret; passus est enim Dei Filius non putatiue, sed vere omnia quæ scriptura testatur, id est, esuriam, sitim, lassitudinem, dolorem, mortem, & cetera huiusmodi. Secundum illud passus est, quod pati poterat, id est, non secundum illam substantiam, quæ assumpsit; sed secundum illam quæ assumpta est. Ipse enim Dei Filius secundum suam Deitatem impassibilis est vt Pater, incomprehensibilis vt Pater, inuisibilis vt Pater, inconuertibilis † vt Pater: & quamuis propria persona Filij, id est, Dei verbum suscepit passibilem hominem; ita tamen eius habitatione secundum suam substantiam Deitas verbi nihil passa est, vt tota Trinitas, quam impassibilem confiteri necesse est. Mortuus est ergo Dei Filius secundum scripturas, iuxta illud quod mori poterat. Resurrexit tertia die. Ascendit in cælum, sedet ad dexteram Dei Patris manente ea natura carnis, in qua natus & passus est, in qua etiam resurrexit. Non enim exinanita est humanitatis substantia, sed glorificata, & in æternum cum Deitate mansura. Accepta ergo

† Hæc fuit hæresis Eutichelis, vt docet Nicephorus li. 13. hystoriae Ecclesiasticæ, c. 52. Fuit damnata in concilio Chalcedonensi & alibi, idem Nicephorus lib. 15. c. 4.

† al. incommutabilis.

A à Patre omnipotens potestate, quæ in cælo fuit & in terra, venturus est ad iudicium viuorum & mortuorum, vt & iustos remuneret, & puniat peccatores. Resurrectionem etiam carnis ita † confitemur & credimus, vt dicamus nos in eadem, in qua nunc sumus, veritate membrorum esse reparandos, qualesque semel post resurrectionem fuerimus effecti, in perpetuum permanens. Vnā esse vitam sanctorum omnium, sed premia pro labore diuersa. Et contrario pro modo delictorum, peccatorum quoque esse supplicia. Baptisma vnum tenemus, quod iisdem sacramenti verbis in infantibus, quibus etiam in maioribus, asserimus esse celebrandum. Hominem, si post baptismum lapsus fueris, per penitentiam credimus posse saluari. Nouum & vetus testamentum recipimus in eo librorum numero, quem sancta catholica Ecclesia tradidit auctoritas. Animas à Deo dari credimus, quas ab ipso factas dicimus, anathematizantes eos, qui animas quasi partem diuinā dicunt esse substantiæ. Eorum quoque condemnamus errorem, qui eas vel ante peccatum, vel in cælis conuersatas fuisse dicunt quam in corpora mitterentur. Execramur etiam eorum blasphemiam, qui dicunt impossibile aliquid homini à Deo præceptum esse: & mandata Dei, non à singulis, sed ab omnibus in commune posse seruari: vel qui primas nuptias cum Manichæo, aut secundas cum Cataphrigis damnant. Anathematizamus etiam illos, qui Dei Filium necessitatem carnis mentium esse dicunt, & eum propter assumptum hominem, non omnia facere potuisse quæ voluit. Iouinianus quoque damnamus hæresim, qui dicit nullam in futuro meritorum esse distantiam, nosque eas ibi habituros esse, virtutes, quas hic habere neglexerimus. Liberū sic confitemur arbitrium, vt dicamus nos semper Dei indigere auxilio, & tam illos errare, qui cum Manichæo dicunt hominem peccatum vitare non posse, quam illos, qui eum Iouiniano asserunt hominem non posse peccare. Vtrique enim tollit arbitrij libertatem. Nos vero dicimus, hominem semper & peccare & non peccare posse, vt semper nos liberi confiteamur esse arbitrij. Hæc † si des est, Papa beatissime, quam in Ecclesia catholica didicimus, quamque semper tenuimus, & tenemus; in qua si minus perire, aut parum caute aliquid forte positum est, emendari cupimus à te, qui Petri & sedem, & sedem tenes. Sin autem hæc nostra confessio, Apostolatus tui iudicio comprobatur, quicumque me maculare voluerit se imperitum, vel maleuolum, vel etiam non catholicum, non me hereticum comprobabit.

EX BEATO † AVGVSTINO
in libro de fide ad Petrum
Diaconum.

Quadragesima capitula ad regulam verę fidei
pertinentia.

EPISTO.

† al. dicitur
ita.

Dente.
Deut. 1.
Matth.

1. Thef.

1. Joan.

Joan. 14.

1. Cor. 6.

† refertur
c. Hæc est
des. 24.

† Habent
Joan. 1.

gustini
eo libro
merico
blaro pte
Rom. 1.

psal. 73

pno, dicitur
phic ea, vt
ad suum
sticū, et
erant, et
a capite
cius libe

PISTOLAM, fili Petre, tuae charitatis accepi, in qua te significasti velle Hierosolymam pergere, & postulasti te literis nostris institui, quae debeas in illis partibus vere fidei regulam tenere: vt nullus tibi possit sensus haereticæ subrepre falsitatis: & infra.

Natura diuina. Cap. IIII.

Firmissime tene, & nullatenus dubites, Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, vnum esse naturaliter Deum, in cuius nomine baptizati sumus. Cum enim aliud nomē sit Pater, aliud Filius, aliud Spiritus sanctus, hoc est vtiq; vnū naturae nomē horum trium, quod dicitur Deus, qui dicit in Deuteronomio. Videte quonia ego sum Deus, & nō est alius prater me. & de quo dicit: Aut Israel, Dominus Deus tuus, Deus vnus est: et Dominū Deum tuū adorabis, & illi soli seruies.

Unus Deus. Cap. V.

Firmissime tene, & nullatenus dubites, Patrem & Filium, & Spiritum sanctum, id est, sanctā Trinitatem, esse solum naturaliter verum Deū: quia quum tres Deos nobis colere non liceat, nisi vnum solum verum Deum: tamen sicut Pater verus Deus dicitur, testante Apostolo, qui ait: cōuersi estis ad Deū a simulachris, seruire Deo viuo, & vero, & expectare Filium eius de caelis, quē suscitauit a mortuis Iesum: ita quoque filium verū Deū Ioannes commendat Apostolus, dicens: Scimus, quia filius Dei uenit, & dedit nobis intellectū, vt cognoscamus verum Deum: & simus in vero filio eius Iesu Christo: hic est verus Deus, & vita aeterna. Qui vtiq; quonia verus Deus est, eam veritas est, sicut ipse nos edocet, dicens: Ego sum via, & veritas, & vita. De Spiritu quoque sancto Ioannes Apostolus ait: Quia Spiritus est veritas. Et vtiq; non potest naturaliter Deus verus non esse, quia veritas est. Quem etiā Deum Paulus Apostolus constituit dicens. Membra vestra templum sunt Spiritus sancti, qui in vobis est, quem habetis a Deo, & non estis vestri. Empti enim estis pretio magno, glorificati & portate Deum in corpore vestro.

Deus aeternus. Cap. VI.

Firmissime tene, & nullatenus dubites, Patrem & Filium, & Spiritum sanctum, id est, sanctam Trinitatem vnū verum Deum sine initio sempiternum esse, propter quod scriptum est. In principio erat verbum, & verbum erat apud Deū & Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud Deum, Hæc denuo sempiternitas intimatur, vbi dicitur in Plalmo: Deus autem Rex noster ante sæcula: & alio loco: Sempiterna quoque eius virtus & diuinitas.

Deus incommutabilis. Cap. VII.

Firmissime tene, & nullatenus dubites, sanctā Trinitatem solum verum Deum: sicut aeternum: ita solum naturaliter incommutabile esse: Hoc enim significat, cum dicit seruo suo Moyse: Ego sum qui sum. Hic & Psalmus, dicit: In principio domine tu terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt caeli: Ipsi peribunt, tu autem permanes, & omnes sicut vestimentum veterascent: Et sicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient.

Anum: ita solum naturaliter incommutabile esse: Hoc enim significat, cum dicit seruo suo Moyse: Ego sum qui sum. Hic & Psalmus, dicit: In principio domine tu terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt caeli: Ipsi peribunt, tu autem permanes, & omnes sicut vestimentum veterascent: Et sicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient.

Exod. 5.
Psa. 101.

Deus omnium creator. Cap. VIII.

Firmissime tene, & nullatenus dubites, sanctā Trinitatem solum esse verum Deum, rerū omnium visibilium atque inuisibilium, creatorum: De quo in Plalmo dicitur: Beatus, cuius Deus Iacob adiutor eius, spes eius in domino Deo ipso, qui fecit caelum & terram, mare, & omnia quae in eis sunt. De quo etiam Apostolus dicit: Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, ipsi gloria in saecula.

Psal. 145.

Rom. 11.

Trinitas in Vnitatem. Cap. IX.

Firmissime tene, & nullatenus dubites, Patrem & Filium, & Spiritum sancti, vnam quidem esse naturam, tres vero esse personas: Patremque solum esse, qui dixit: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Et filium solum esse, super quem vox illa solius patris insonuit, quando in Iordane secundum carnem baptizatus est vnigenitus Deus, qui carne solus accepit, atque Spiritum sanctum Patris, & Filij solum esse, qui in specie columbae super Christum baptizatum, & ascendentem ab aqua, descendit: & quinquagesimo die post resurrectionem Christi fideles in vno loco positos, in linguarum ignearum visione adueniens, repleuit illam vocem, quam solus locutus est Deus Pater: & illam carnē, qua solus homo factus est vnigenitus Deus; & illam columbam, in cuius specie Spiritus sanctus super Christum descendit: illasque linguas igneas, in quarum visione fideles Apostolos in vno loco constitutos repleuit, opera esse totius sanctae Trinitatis, id est, vnus Dei, qui fecit omnia in caelo in terra, visibilia et inuisibilia.

Matth. 3.

Matth. 3.
Act. 1.

Distinctio personarum. Cap. X.

Firmissime tene, & nullatenus dubites, solum Deum filium, id est, vnam ex Trinitate personam, solius Patris esse filium. Spiritum vero sanctum ipsum quoque vnam ex Trinitate personam, non solius Patris, sed simul Patris & Filij esse Spiritum. Ostendens enim Dei filius se solum esse de Patre genitum, ait: Sic enim Deus dilexit mundum, ut filium suum vnigenitum daret: Et paulo post: Qui autem non credit, itam iudicatus est, quia non credit in nomine Vnigeniti filij Dei. Spiritum autem sanctum & Patris, & Filij esse Spiritum Apostolus docet, qui ait: Vos autem non estis in carne, sed in spiritu, si tamen spiritus Dei habitet in vobis. Et sequitur: Si quis autem spiritum

Joan. 3.

Rom. 8.

D tum

tum Christi non habet, hic non est eius.

Spiritus sanctus. Cap. XI.

Joan. 15.
Esaie 11.
2. Thes. 2.
Joan. 20.
Apoc. 1.

Firmissime tene, & nullatenus dubites, eundem Spiritum sanctum, qui Patris & Filii vnus est Spiritus, de Patre & Filio procedere. Dicit enim Filius: Cum venerit Spiritus veritatis, qui a Patre procedit, vbi suum Spiritum esse docuit, quia ipse est veritas. De Filio quoque procedere Spiritum sanctum, prophetica atque Apostolica doctrina nobis commendat. Esaias enim dicit de Filio: Percutiet terram virga oris sui, & Spiritu labiorum suorum interficiet impiū. De quo & Apostolus ait: Quē interficiet Dominus Iesus Spiritu oris sui esse significans; post resurrectionem influans in discipulos, ait: Accipite Spiritum sanctum. De ore vero ipsius Domini Iesu ait Ioanes in Apocalypsi: Quia gladius vtrāque parte acutus procedebat. Ipse vero spiritus oris eius, ipse est gladius, qui de ore eius procedit.

Trinitas nullis terminis circumscripta. Cap. XII.

Hier. 23.
Sap. 8.
Sap. 1.
Psa. 137.

Firmissime tene, & nullatenus dubites, Trinitatem Deum, inmensam esse virtutem non molem: & omnem creaturam spiritualem atque corporalem virtute eius & presentia contineri. Dicit enim Deus pater: Cælū & terram ego impleo. Dicitur etiam de sapientia Dei, quæ Filius est eius: quia attingit a fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suaviter. De Spiritu quoque sancto legimus: quia Spiritus Domini repleuit orbem terrarum. Et Dauid Propheta dicit: Quo ibo a Spiritu tuo, & quo a facie tua fugiam? Si ascendero in caelum, tu illic es: si descendero ad infernum, ades.

Persona filij. Cap. XIII.

Prou. 8.
Gal. 3.

Firmissime tene, & nullatenus dubites, vnam ex trinitate personam, id est Dei filium, qui de natura Dei patris solus natus est: & vnus eiusdemque naturæ cum Patre est, ipsum in plenitudine temporis secundum susceptionem formæ seruilis, voluntarie, in Virgine conceptum, & de virgine natum: verbum carnem factum ipsum quoque esse, qui essentialiter natus est de Patre, essentialiter conceptus est, natusque de Virgine: Ipsumque vnum esse, & vnus naturæ cum Virgine, qui ait de Deo Patre: Ante sæcula fundauit me, & ante omnes colles generauit me. De quo etiam dixit Apostolus, quia cum venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege.

Humanitas Christi. Cap. XIII.

Firmissime tene, & nullatenus dubites, Christum filium Dei, sicut de Deo Patre, plenum perfectumque Deum, ita de Virgine matre verum perfectumque hominem genitum, id est

A Verbum Deum, habentem scilicet sine peccato verā nostrī generis carnem, & animam rationalem. Quod ipse Dei filius euidenter ostēdit, dicens de carne sua. Palpate, & videte, quia spiritus carnem & ossa nō habet, sicut me videtis habere. Animam quoque se habere, his verbis ostendit dicens. Propterea me Pater diligit, quia ego pono animam meā, & iterum sumo eam. Intellectum quoque animā se habere ostēdit in eo quod ait: Discite a me quia mitis sum & humilis corde. Et de ipso Deus per Prophetam dicit. Ecce intelliget puer metus, & exaltabitur, & sublimis erit valde. Nam & beatus Petrus secundū sancti Dauid Prophetiam in Christo carnē & animā confitetur. De ipso enim beato Dauid loquēs ait Propheta igitur cum esset, & sciret quia iure iurādo iurasset illi Deus, de fructu lumbi eius sedere super sedem eius, prouidens locutus de resurrectione Christi, quia neque derelicta est anima eius in inferno, neque caro eius vidit corruptionē.

Diuinitas Christi. Cap. XV.

Firmissime tene, & nullatenus dubites, vnum Filium atque ipsum esse Deum verum, qui cum patre Deo & Spiritu sancto, Deo, fecit omnia tēpora, & in Monte Sinai legē Moyſi dedit ordinatam per angelos, & ipsum Deum verbū carnem factū, qui veniēte plenitudine tēporis missus a Patre & Spiritu sancto, factus est ex muliere, quā fecit, solus factus est sub lege, quā dedit.

De duabus in Christo naturis. Cap. XVI.

Firmissime tene, & nullatenus dubites, Deū verbum quod caro factum est, in duas naturas inconfusibiliter permanere; vnam veram diuinam, quam habet cum patre, communem, secundum quam dicit, Ego & pater vnum sumus; Et qui me videt, videt & patrem, & ego in patre, & pater in me est, secundū quam cum dicit Apostolus splendorem gloriæ, & figuram substantiæ Dei; alteram veram humanam, secundum quā ipse Deus incarnatus dicit, Pater maior me est.

Vnitas personæ in Christo. Cap. XVII.

Firmissime tene, & nullatenus dubites, Deū verbum carnem factum, vnam habere diuinitatis suæ carnisque personam. Deus enim verbum plenam naturam humanam, ita sibi veraciter vnire dignatus est; & permanente diuinitate sua, ita verbum caro factum est, vt quamuis naturaliter non hoc sit verbum quod caro; quia duarum naturarum veritas manet in Christo, secundum vnam tamen personam idem verbū caro ab ipso fieret maternæ conceptionis initio. Deus enim verbum, non accepit personam hominis, sed naturam, & in æternam personam diuinitatis, accepit temporalem substantiam carnis. Vnus est ergo Christus verbum caro factum, qui etiam ex patribus secundum carnem & super animo Deus benedictus in sæcula, vnus Iesus. Cui & pater dicit, Ex utero ante luciferū genui

genui te. Vbi significatur ante omne tempus sine initio aeterna natiuitas Iesus. De quo & Euangelista dicit, quia uocatum est nomen eius Iesus: quod uocatum est ab Angelo priusquam in utero conciperetur.

Verbi & carnis unio. Cap. XVIII.

FIrmissime tene, & nullatenus dubites, non carnem Christi sine diuinitate conceptam in utero uirginis, priusquam susciperetur a uerbo: sed ipsum uerbum Deum suae carnis acceptione conceptum, ipsamque carnem uerbi incarnatione conceptam.

Sacrificia. Cap. XIX.

FIrmissime tene, & nullatenus dubites, ipsum unigenitum Deum uerbum carnem factum, se pro nobis obtulisse sacrificium, & hostiam Deo in odore suauitatis: cui cum Patre & Spiritu sancto, a Patriarchis, Prophetis, & Sacerdotibus tempore ueteris testamenti animalia sacrificabatur: & cui nunc, id est, tempore noui testamenti cum Patre, & Spiritu sancto, cum quibus illi est una diuinitas, sacrificium panis & uini in fide & charitate sancta Ecclesia Catholica per uniuersum orbem terrarum offerre non cessat. In illis. n. carnalibus uictimis figuratio fuit carnis Christi, quam pro peccatis nostris ipse sine peccato fuerat oblaturus; & sanguinis, quem erat effusus in remissionem peccatorum nostrorum. In isto autem sacrificio gratiarum actio atque commemoratio est carnis Christi, quam pro nobis obtulit: & sanguinis, quem pro nobis idem Deus effudit. De quo B. Paulus dicit in actibus Apostolorum: Attendite uobis, & uniuerso gregi, in quos uos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquirit sanguine suo. In illis ergo sacrificijs quid nobis esset donandum, figurate significabatur: in hoc autem sacrificio quid nobis iam donatum sit euidenter ostenditur. In illis sacrificijs praenuntiabatur Filius Dei, pro impijs occidendus: in hoc autem pro impijs annuntiat occisus Testante Apostolo, quia Christus, cum adhuc infirmus esse mus secundum tempus, pro impijs mortuus est. Et quia cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo, per mortem filij eius.

Humanitas Christi. Cap. XX

FIrmissime tene, & nullatenus dubites, uerbum carnem factum, eandem humanam carnem semper ueram habere, quae de uirgine uerbum Deus natus est, quae crucifixus & mortuus est, quae resurrexit, & in caelum ascendit, & in dextera Dei sedet, quae etiam uenturus est iudicare uiuos & mortuos. Propter quod Apostoli ab Angelis audierunt: Sic ueniet, quem admodum uidistis eum euntem in caelum. Et beatus Ioannes ait; Ecce ueniet cum nubibus, & uidebit eum omnis oculus, & qui eum confixerunt, & uidebunt eum omnes tribus terrarum talem.

Natura nihil non bonum. Cap. XXI.

FIrmissime tene, & nullatenus dubites, Trinitatem Deum, id est, Patrem & Filium & Spiritum sanctum esse naturaliter summum atque incommutabile, bonum, & ab ipso creatas esse omnes naturas. Bonas quidem, quia a summo bono factae sunt: sed mutabiles, quae de nihilo factae sunt. Nullamque esse malam naturam, quia omnis natura, in quantum natura est, bona est. Sed quia in ea bonum & augeri & minui potest: in tantum mala dicitur, in quantum bonum eius minuitur.

B Malum enim nihil aliud est, nisi boni priuatio. Unde geminum constat esse creaturam rationalis malum, malum unum, quo uoluntarie ipsa deficit a summo bono creatore suo: alterum quo inuita punietur ignis aeterni supplicio. Illud passura iuste, quia hoc admisit iniuste. Et quia ordinem in se non seruauit diuinae institutionis, ordinem diuinae non effugiet ultionis.

Nulla creatura est eadem cum Deo. Cap. XXII.

FIrmissime tene, & nullatenus dubites, neque angelos, neque aliam quamlibet creaturam eiusdem naturae esse, cuius est secundum naturam diuinitatem summa Trinitas, quae est, unus naturaliter Deus, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus. Neque enim unius naturae esse poterunt, ille qui fecit, & ea quae fecit.

Angeli facti stabiles. Cap. XXIII.

FIrmissime tene, & nullatenus dubites, omnem creaturam naturaliter mutabilem a Deo incommutabili factam: nec tamen posse quemlibet sanctorum angelorum in deterius commutari: quia sic acceperunt aeternam beatitudinem, quam Deo stabiliter perfruuntur, ut ea carere non possint. Sed hoc ipsum, quod ab illo statu beatitudinis, in quo sunt, mutari in deterius nullatenus possunt, non est eis naturaliter insitum: sed postquam creati sunt, gratiae diuinae largitate collatum. Si enim Angeli naturaliter incommutabiles fierent: nunquam de eorum consortio diabolus & eius angeli cecidissent.

Creaturae rationales. Cap. XXIII.

FIrmissime tene, & nullatenus dubites, in omni creatura, quam spiritualem atque corpoream summa Trinitas fecit, solos spiritus angelicos & humanos intelligendi facultatem diuinitus accepisse. Caeteros uero spiritus brutorum animalium rationalem intelligentiam non accepisse, & Job hoc omnino habere non posse. Propter quod dicitur hominibus. Nolite fieri sicut equus et mulus, quibus non est intellectus. Et ideo animas hominum, & animas pecorum unius naturae non esse: nec animas pecorum in animas hominum, nec animas hominum in animas pecorum posse aliquando transire.

† al. & haec omnino, &c. Psal. 31.

Indultorium cum Communijs

Indultorium cum Communijs

Indultorium cum Communijs

Indultorium cum Communijs

Indultorium cum Communijs

Indultorium cum Communijs

Indultorium cum Communijs

Indultorium cum Communijs

Indultorium cum Communijs

Indultorium cum Communijs

Nihil agi sine gratia. Cap. XXXII.

Firmissime tene, & nullatenus dubites, posse quidem hominem, quem nec ignorantia lit-
terarum, nec aliqua prohibet imbecillitas, vel ad
uersitas, verba sanctæ legis & Euangelij siue le-
gere, siue ex ore cuiusquam prædicatoris audire,
sed diuinis mādatis obedire neminem posse, nisi
quem Deus gratia sua præuenit: vt quod audit
corpore, corde etiam percipiat, et accepta diuini-
tas bona voluntate, atq; virtute, mandata Dei fa-
cere & velit & possit. Neque enim qui plantat
est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum
dat Deus: qui etiam operatur in nobis & velle
& perficere pro bona voluntate.

Deum nihil latere. Cap. XXXIII.

Firmissime tene, & nullatenus dubites, Deo
incommutabili non solum præterita, & præ-
sētia, sed etiam futura omnia incommutabiliter
esse notissima, cui dicitur: Deus qui occultorum
es cognitor, qui scis omnia antequam fiant.

Prædestinatio. Cap. XXXIII.

Firmissime tene, & nullatenus dubites, Trini-
tatem Deum incommutabilem, rerum om-
nium, atq; operum tam suorum, quam humano-
rum certissimum cognitorem: ante omnia sæcu-
la scire quibus esset per fidem gratiam largitu-
rus: sine qua nemo potest ex initio mundi, vsq;
in finem a reatu peccati tam originalis, quam ac-
tualis absolui. Quos enim Deus præsciuit, &
prædestinavit conformes fieri imaginis filij sui.

Beati ex prædestinatione. Cap. XXXV.

Firmissime tene, & nullatenus dubites, om-
nes, quos vasa misericordiæ gratuita bonita-
te Deus fecit, ante cōstitutionem mundi in
adoptionem filiorum Dei prædestinatos a Deo: ne-
que perire posse aliquem eorum, quos Deus præ-
destinavit ad regnum celorum: nec quemquam
eorum, quos nō prædestinavit ad vitam, vlla
se ratione saluari. Prædestinatio enim illa gratui-
ta donationis est præparatio: qua nos Apostolus
ait prædestinatos in adoptionem filiorum Dei
per Iesum Christum in ipsum.

Baptismus. Cap. XXXVI.

Firmissime tene, & nullatenus dubites, sacra-
mentū baptismatis, non solum intra eccle-
siam catholicam, sed et apud hereticos, qui in no-
mine Patris, & Filij, & Spiritus sancti baptizant,
esse posse: sed extra ecclesiam catholicā prodesse
non posse. Imò sicut intra ecclesiam recte credē-
tibus per sacramentum baptismi conferri salu-
tē: sic extra ecclesiam baptizatis, si ad ecclesiam
non rederint, eodē baptismo accumulati perni-
tiam. Tantū. n. valet ecclesiasticæ societatis vni-
tas ad salutem, vt baptismō non saluetur, cui nō

A ibi datur vbi oportuit vt detur. Inesse tamen ho-
mini baptismum etiam extra ecclesiam baptiza-
to, sed ad iudiciū in esse ab ecclesia separato. &
quia manifestum est vbiq; datum fuerit hoc
baptisma, semel esse dandum: Ideo etsi ab hære-
ticis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti
fuerit datū, venerabiliter agnoscendū, & ob hoc
nullatenus iterandum. Saluator enim dicit: Qui
semel lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet.

Joan. 13

Ecclesia. Cap. XXXVII.

Firmissime tene, & nullatenus dubites, omnē
extra ecclesiam catholicam baptizatum par-
ticipem fieri non posse vitæ æternæ, si ante finē
vitæ huius catholice non fuerit redditus atq; in-
corporatus ecclesie. Quia si habeam, inquit A-
postolus, omne fidem, & nouerim omnia sacra-
mentā, charitatem autem nō habeam, nihil sum.
Nam & in diebus diluuij, neminem legimus ex
tra arcam potuisse saluari.

1. Cor.

Gen. 7.

Damnati. Cap. XXXVIII.

Firmissime tene, & nullatenus dubites, nō so-
lum omnes paganos, sed etiam omnes Iuda-
os, hæreticos, atq; schismaticos, qui extra eccle-
siam catholicam præsentem finiunt vitam, in
ignem æternum ituros, qui paratus est diabolo
& angelis eius.

Math. 25.

Hæretici. Cap. XXXIX.

Firmissime tene, & nullatenus dubites, quēli-
bet hæreticum siue schismaticū, in nomine
Patris, & Filij, & Spiritus sancti baptizati, si ec-
clesiæ catholice non fuerit aggregatus, quantal-
cunque elemosynas fecerit, etsi pro Christi no-
mine etiam sanguinem fuderit, nullatenus posse
saluari. Omni. n. homini, qui ecclesiæ catholice
nō tenet vnitatem, neq; baptismus, neq; eleemo-
syna, quātūlibet copiosa, neque mors pro nomi-
ne Christi suscepta proficere poterit ad salutem
quamdiu in eo hæretica vel schismatica prauitas
perseuerat, qua ducit ad mortem.

Christiani male viuentes. Cap. XL.

Firmissime tene, & nullatenus dubites, non
omnes, qui intra ecclesiam catholicam bap-
tizantur, accepturos esse vitam æternam: sed eos,
qui percepto baptismate recte viuunt. i. qui absti-
nerunt se a vitijs & concupiscentijs carnis. Re-
gnum. n. celorum sicut infideles hæretici atque
schismatici non habebunt, sic catholici crimino-
si possidere non poterunt.

Sine peccatis neminem viuere. Cap. XLI.

Firmissime tene, & nullatenus dubites, etiam
iustos atque sanctos homines, exceptis his
qui baptizati paruuli sunt, sine peccato hic nemi-
nem viuere posse: semperque omni homini esse
necessarium, & peccata sua vsque in finem vitæ
præsentis elemosynis diluere, & remissionē à
Deo humiliter ac veraciter postulare.

D 3. Cibis

Cibus, potus, Matrimonium. Cap. XLII.

1. Tim. 4.

1. Cor. 7.

Firmissime tene, & nullatenus dubites, omnē creaturam Dei bonam esse, & nihil reiiciendum quod cum gratiarum actione percipitur. Et Dei seruos, qui a carnibus aut vino abstinent, non tamquam immunda, quæ a Deo facta sunt, respiciere, sed a fortiori cibo & potu pro sola castigatione corporis abstinere. Nuptias quoque diuinitus institutas & benedictas. Et melius quidem si quisquam sine coniugio sit, ut liberius atque plenius cogitet, quæ sunt Dei, quomodo placeat Deo. Tamen illis, qui continentiam non uoluerunt, nullum esse peccatum, si uel mulier nubat, uel uir uxorem ducat. Nec solas primas nuptias a Deo institutas, sed etiam secundas & tertias pro eorum, qui se continere non possunt, in firmitate concessas. Eis uero qui siue coniugati: siue à coniugio liberi continentiam Deo uouerunt, admodum esse danabile, si uel illi conjugale opus uoluerint appetere, quo se non accessuros; uel illi repetere, a quo se recessuros: illi libera, illi communi protestati sunt uoluntate,

Malos misceri bonis. Cap. XLIII.

Matth. 3.

Firmissime tene, & nullatenus dubites, arcæ Dei esse Ecclesiam catholicam, & intra eam usque in finē sæculi frumento mixtas paleas contineri, hoc est: bonis malos sacramentorum communione misceri: & in omni professione siue clericorum, siue monachorum, siue laicorum, bonos esse simul & malos. Non pro malis bonos deferendos, sed pro bonis malos, in quantum exigit fidei & charitatis ratio, tolerandos. Id est, si uel in Ecclesia nullius perfidia semina spargunt, uel fratres ad aliquod malum opus mortifera imitatione non ducunt. Nec posse aliquem intra Ecclesiam catholicam recte credentem, beneque uiuentem alieno unquam maritali peccato, si cuiquam peccanti nec consensionem præbeat, nec fauorem. Uiliterque malos a bonis intra Ecclesiam tolerari, si hoc cum eis bene uiuendo, & bene moriendo agatur: Ut & uidentes & audientes quæ bona sunt, mala sua respiciant, iudicandos te à Deo pro suis malis operibus contremiscant: atque ita præueniente dono gratiæ de suis iniquitatibus confundantur, & ad bonam uitam per Dei misericordiam conuertantur. Bonos uero à malis intra ecclesiam duntaxat catholicam constitutis, non debere nisi operum dissimilitudine separari: ut cum quibus diuina communicant sacramenta, non habeant mala opera, quibus illi sunt criminiosi, communia. In fine uero sæculi bonos a malis etiam corpore separandos, quando ueniet Christus habens uentilabrum in manu sua, & permundabit aream suam, & congregabit triticum in horreum suum, paleas autem comburet igni in extinguibilibus, quando per iudicium iustum segregabit iustos ab iniustis, bonos a malis rectos a peruersis, bonos constituet a dextris, ma-

Alos a sinistris. Et ex eius ore iusti æternique iudicij sempiterna atque incommutabili prolata sententia, iniqui omnes ibunt in combustionem æternam, iusti autem in uitam æternam: iniqui semper arsurus cum diabolo, iusti autem regnaturi cum Christo.

Perfistendum in fide. Cap. XLIII.

Hæc interim xl. capitula ad regulam ueræ fidei firmissime pertinētia, fideliter crede, fortiter tene, ueraciter patienterque defende. Et si quem contraria his dogmatizare cognoueris, tamquam pestem fuge, & tamquam hæreticum abijce. Ita enim ista, quæ posuimus, fidei catholice congruunt, ut si quis non solū omnibus, sed etiam singulis uoluerit cōtraire, in eo quod singulis horum contumaciter repugnat, & his contraria docere non dubitat, hæreticus & Christianæ fidei inimicus, atque ex hoc omnibus catholicis anathematus appareat.

EX DECRETIS DISTIN. XV.
Beatus Gregorius lib. 1. Regesti,
Epistola 24.

C De auctoritate quatuor Conciliorum, & eorum approbatione per sanctam Ecclesiam.



Sicut & sancti Euangelij quatuor libros, sic quatuor Concilia suscipere & uenerari me fateor, Nicæanū scilicet, in quo peruersum Arrii dogma destruitur, Constantianopolitanū quoque, in quo Eunomij & Mæcedonij error cōuincitur, & phesinum etiā primū, in quo Nestorij impietas iudicatur, Calcedonenſe uero, in quo Butychi & Dioscorique prauitas reprobat, tota deuotione complector, integerrima approbatione custodio, quia in his uelut in quadrato lapide sanctæ fidei structura conſurgit, & cuiuslibet uitæ atque actionis norma consistit. Quintum quoque concilium pariter uenero, in quo epistola, quæ liba dicitur, erroris plena reprobat, in quo Theodorus personam mediatoris Dei & hominum in duabus substantijs separas, ad impietatis perfidiam cecidisse conuincitur. Et in quo scripta quoque Theodori, per quæ beati Cyrilli fides reprehenditur, ausu dementię prolata refutantur. Cunctas uero, quas præfata ueneranda Concilia personas respiciunt, & respuo, quas uenerantur, amplector, quia dum uniuersali sunt consensu constituta, se & non illa destruit quisquam soluere, quos religant, & aut ligare & quos soluunt.

E X D E

Inquisitorum cum Commentarijs. 55

EX DECRETIS DISTIN. XV.

Gelasius in concilio habito Romæ
cum LXX. episcopis.

*Quæ & concilia sancta Romana Ecclesia
suscipiat.*



SANCTA Romana Ecclesia post illas veteris testamenti & noui scripturas, quas regulariter suscipimus, etiam has suscipi non prohibet sanctam synodum Nicenam cccxviii. Patrum, Mediantē Constantino Maximo Augusto, in qua Arius hæreticus cōdemnatus est: sanctam synodum Constantinopolitanam, mediantē Theodosio seniore Augusto, in qua Macedonius hæreticus debitam damnationem excepit: sanctam synodum Ephesinam in qua Nestorius damnatus est consensu Beati simi Papæ Cælestini, mediantē Cyrillo Alexandrinæ sedis Antistite, & Arcadio Episcopo ab Italia destinato: sanctam synodum Chalcedonensem, mediantē Marciano Augusto, & Anatolio Constantinopolitano episcopo, in quo Nestorianam hæreses simul cū Dioscuro, eiusque complicitibus damnatae sunt. Sed & si qua sunt concilia, à sanctis Patribus hæcenus instituta, post istorum quatuor auctoritate, & recipienda decernimus, & mandamus, iam nunc subiciendum est de opusculis sanctorum Patrum, quæ in Ecclesia Catholica recipiunt. Opuscula beati Cypriani Martyris, & Carthaginensis Episcopi: item opuscula B. Athanasij Alexandrini Episcopi: item opuscula B. Gregorij Nazianzeni Episcopi: item opuscula B. Basilij Cappadociae Episcopi: item opuscula B. Ioannis Constantinopolitani Episcopi: item opuscula Theophili Alexandrini Episcopi: item opuscula B. Cyrilli Alexandrini Episcopi: item opuscula B. Hilarij Pictauiensis Episcopi: item opuscula B. Ambrosij Mediolanensis Episcopi: item opuscula B. Augustini Hipponensis Episcopi: item opuscula B. Hieronymi presbyteri: item opuscula B. Prosperi viri religiosissimi: item epistolam B. Leonis Papæ ad Flavianum Constantinopolitanum Episcopum destinata: cuius textum quispiam si vlg; ad vnum iota disputauerit, & non eam in omnibus venerabiliter receperit, anathema sit: item opuscula, atque tractatus omnium Patrum orthodoxorum, qui in nullo à Sancta Romana Ecclesia consortio deuiauerunt, nec ab eius fidei prædicatione seiuncti sunt: sed communionis ipsius gratia Dei, vsque ad vltimum diem vitæ suæ participes fuerunt, legenda decernimus. Itē & Decretales epistolæ, quas beatissimi Papæ diuersis temporibus ab Vrbe Roma pro diuersorum Patrum consultatione dederunt, venerabiliter suscipiendæ sunt. Item gesta sanctorum Martyrum, qui multiplicibus tormentorum cruciatibus, & mirabilibus confessionum triumphis irradiant, Quis ita esse Catholicorum dubitet, & maiora eos in agonibus fuisse perpressos, nec suis

viribus, sed gratia Dei & adiutorio vniversa tolerasse? Sed ideo & secundum antiquam consuetudinem singulari cautela in Sancta Romana Ecclesia non leguntur. quia & eorum, qui conscribere, nomina penitus ignorantur, & ab infidelibus, aut idiotis superflua, aut minus apta, quam rei ordo fuerit, scripta esse putantur: sicut cuiusdam Quirici, & Iulitæ, sicut Georgij, aliorumque huiusmodi passionum, quæ ab hæreticis perhibentur conscriptæ. Propter quod, vt dictum est, ne vel leuis subfannandi oriretur occasio, in Sancta Romana Ecclesia non leguntur. Nos tamen cum prædicta ecclesia omnes Martyres, & eorum gloriosos agones, qui Deo magis, quam hominibus noti sunt; omni deuotione veneramur; Item vitas Patrum, Pauli, Antonij, Hilarij, & omnium Eremitarum, quas tamen vir beatissimus scripsit Hieronymus, cum omni honore suscipimus. Item actus B. Siluestri Apostolice sedis Præsulis, licet eius qui conscripsit, nomen ignoremus; à multis tamen in Vrbe Roma Catholicis legi cognouimus, & pro antiquo vsu, multæ hoc imitantur ecclesiæ. Item scripta de inuentione Sanctæ Crucis Dominica, & alia scripta de inuentione capitis B. Ioannis Baptiste, nouellæ quidem & releuationes sunt, & nonnulli eas catholici legunt: Sed cum hæc ad catholicorum manus peruenierint; Beati Pauli Apostoli sententiâ præcedat: Omnia probate, quod bonum est, tenete. Item Rufinus vir religiosus plurimos ecclesiastici operis edidit libros, nonnullas etiam scripturas interpretatus est, sed quoniam beatus Hieronymus in aliquibus eum de arbitrij libertate notauit, illa sentimus, quæ prædictum beatum Hieronymum sentire cognoscimus, & non solum de Rufino, sed etiam de vniuersis, quos vir sæpius memoratus zelo Dei, & fidei religione reprehendit. Item Origenis nonnulla opuscula, quæ vir beatissimus, Hieronymus non repudiat, legenda suscipimus. Reliqua autem omnia cum auctore suo dicimus esse reuenda. Item Chronicon & Eusebij Cæsariensis, atque eiusdem Historiæ ecclesiasticæ libros, quamuis in primo narrationis suæ libro teperis, & postea in laudibus, atque exultatione Origenis schismatici unum cōscripserit librum, propter rerum tamen noticiam singularem, quæ ad instructionem pertinent usquequaque non dicimus reuendos. Item Orosium virum eruditissimum collaudamus, quia ualde nobis necessariam aduersus Paganorum calumnias ordinauit historiam, miraque breuitate contextuit. Item uenerabilis uiri Sedulij paschale opus, quod hæroicis descripsit uersibus, insigni laude proferimus. Item Iuueni nihilominus laboriosum opus, non spernimus, sed miramur. Cæterum, quæ ab hæreticis, siue schismaticis conscripta, vel prædicata sunt, nullatenus recipit Catholica & Apostolica Ecclesia Romana.

Marth...
Al. Quis
scripuit...
Intellectu
cipiendū
ij, nō
putatū
primū
premiū
guiltū
tio et
nam
quæ
runt,
tum
Al. præter
Iura
darote
tam
ti. Rom
ti an.
Al. Grego
gij, A
uslib
aque
nis
quif
& rum
tem
net,
lapid
nitat
is ex
s, cum
s, Qu
& c. B
a quæ
gmit
ria lib
tula,
occul
nōm
Fidevel
ram
dicatione
non
origi. & Bar
bane, Char
Al. A
re.
Al. ista.

Al. dictis.
Al. Cyrici
Quæ
lationes
ginale.
Thef.
Al. diuersis
orig.
Al. religio
se.
Al. Croni
ca] orig.
Al. præferi
mus] orig.

Gelasij papa
1. decretum
de librorum
delectu.

Sancta Romana Ecclesia.] Gelasius Papa eius nominis primus, qui sedit anno Domini 494. coallo Romae conuenu septuaginta doctissimorum Episcoporum, in sine decretum edidit, quo canebatur, qui libri Christianam religionem profitentibus legendi essent ad fidem & mores idonei, qui vero cauendi: quoniam sicut ex bonorum librorum lectione mores componuntur, & fides roboratur: ita & diuerso prauorum lectio fidem aut corrumpit & tollit, aut prauos mores inducit. Legitur id decretum hodie inter decreta Gelasii primi in 2. vol. conciliorum, quod omnes decretorum fabricatores in suos centones transtulerunt. Burcardus lib. 3. decretorum, c. 220. & seq. Iuo Carnotensis par. 4. c. 64. & seq. Pannormia lib. 2. c. 91. Polycarpus lib. 3. tit. 20. Gratianus denique in c. sancta Romana. 15. dist. Emericus hoc loco eos tantum recensuit ex eo decreto libros, quos Gelasius approbavit: quoniam horum lectio ad fidem stabilendam spectabat: nam ceteros, quos ille reprobat, in 2. par. q. 23. refert.

Synodus Constantinopolitana quando habita, & quid in ea gestum.

Sanctam synodum Nicenam.] De Nicena synodo pauca quadam dixi supra commentario 5. vers. Nicena fidei. Item de Chalcedonensi, commentario 6. vers. qui Chalcedone conuenerunt. nunc de ceteris breuissime etiam dicam, ut horum quatuor conciliorum tam celebratorum notitia aliqua habeatur.

Sanctam synodum Constantinopolitanam, &c. in qua Macedonius haereticus debitam damnationem excepit.] Fuit Macedonius Episcopus Constantinopolitanus circa tempora Liberij Papae ad annos Domini 352. Hinc nefandam haesim profitebatur, asserens Spiritum sanctum Patre, & Filio esse minorem, nec eiusdem cum Patre substantiae, sed puram creaturam. Ab hoc sectatores eius Macedoniani vocati sunt, qui ab Augustino Semiariani dicuntur in lib. de haesibus, cap. 52. & ab Epiphano haesi 74. Pneumatomachi de quibus dixi latius par. 2. super q. 37. Aduersus hunc Macedonium Constantinopolitanum concilium primum habitum est a centum quinquaginta Episcopis sub Theodosio maiore Siagrio & Eucherio Consulibus, ara 419. & Damaso Papa 1. Subscriperunt autem huic Concilio, in quo Macedonius cum suis dogmatibus damnatus est, iidem illi CL. episcopi, & quoniam in Spiritum sanctum inuehebatur Macedonius, ideo in Symbolo, quod in can. 7. dicti Concilij recitatur, patetius explicatum est, quid de eo esset credendum: Credimus, inquit, in Spiritum sanctum Dominum, & uiuificantem, ex Patre procedentem, cum Patre & Filio adorandum, & conglorificandum, qui locutus est per Prophetas. Eodem etiam concilio fuerunt damnati multi alij haeretici Eunomiani, Arianiani, Sabeliani, Phoriniani, & Apollinaristae, ut constat ex primo capite eiusdem concilij.

Synodus Ephesina, & quid in ea factum.

Sanctam synodum Ephesinam, in qua Nestorius damnatus est consensu beatissimi Papae Celestini.] Nestorius Episcopus Constantinopolitanus Christum purum hominem ex Maria natum

Afferuit, ideoque magnum in urbe Constantinopolitana tumultum excitauit, ad quem sedandum componendum, ut scribit Nicephorus lib. 14. historiae ecclesiasticae. cap. 32. vniuersali synodo opus fuit. Congregata est ergo synodus haec Ephesina apud Ephesum, unde & nomen accepit. Ea fuit ciuitas Ioniae longe celeberrima in Asia minori. acta fuit si Faustino credimus, anno Domini 430. in fine Pontificatus Celestini Papae primi: nec tunc alios aliter scribere, quoniam certiora sequor: conuenere in hanc synodum ducenti Episcopi: tametsi alij maiorem, alij minorem numerum statuant, ut refert Couarruias lib. 3. varia. resolut. cap. 15. Haec omnium consensu damnatus est Nestorius, & haesim Nestoriana prostrata.

Ciam nunc subiiciendum est de opusculis sanctorum Patrum.] Longum esset hic cuiusque persequi, quae ad cognitionem singulorum auctorum hic traduntur, nec nostri est instituti. Ea quae ad hunc locum spectant, tradidit Couarruias lib. 3. varia. resolut. c. 16. Nos ne actum agere videamur, libenter lectorem ad eum remittimus: licet enim in quibusdam dubia tradat & incerta, in ceteris non penitebit collocare in eo opera.

Item Decretales Epistolae, quas beatissimi De arch
Papa.] Hic locus indicat Epistolas Pontificum
decretales magnae esse auctoritatis, cum venerabiliter iubeat suscipiendas Gelasius. Ceterum cum de earum auctoritate differitur, duo extrema fugienda sunt, vnum est Gratiani in c. in canonicis. 19. dist. ubi Epistolas Pontificum decretales inter canonicas scripturas posuit, dum ait in summario eius capituli, decretales Epistolas inter canonicas scripturas connumerari. sed hoc vere refutauit Alfonso Castus lib. 1. cap. 2. aduersus haesim, & subtiliter Melchior Canus lib. 5. cap. 5. de locis Theologicis, ubi emendandum hunc locum admonuit ex Augustino lib. 2. c. 8. de doctrina Christiana ne ram lectionem restituentes, ex quo deceptus fuerat Gratianus, nam Augustini verum lectio ita habet: In canonicis autem scripturis Ecclesiarum catholicarum ampliorum auctoritatem sequatur: inter quas sane illae sunt, quae Apostolicas sedes habere, & epistolas accipere meruerunt. Tenebit igitur hunc modum in scripturis canonicis, ut eas, quae ab omnibus accipiuntur Ecclesijs, praeparat eis, quas quaedam non accipiunt. In eis vero quae non accipiuntur ab omnibus, praeparat eas, quas plures, grauiioresque accipiunt, eis, quas pauciores, minorisque auctoritatis Ecclesia tenent. Si autem alias inuenierit a pluribus, alias a grauioribus haberi (quamquam hoc inuenire non possit) a qualis tamen auctoritatis eas habendas puto. haec tenet Augustinus. Quae quidem sententia non ad Decretales Romanorum Pontificum, sed ad canonicas & sacras scripturas est referenda. Est autem sensus huiusmodi: In iudicio librorum canonicorum, primum videndum est quid Ecclesiae Catholicae sentiant, inter quas Catholicae Ecclesiae illarum testimonium est praefendum, quae vel suae sedes. Apostolorum ut Hierosolymitanae, Antiochenae, & similes; vel ab Apostolis aliqua epistola acceperunt, ut Corinthis.

thia, Galatid, & similes, quare Augustinus nō loquebatur de epistolis Pontificum decretalibus, vt falso existimavit Gratianus. Sed hūc locum, vt monui, alij ante nos animaduertunt.

Alterum extremum est Ioannis Vicleff, & Lutheri, quorum dixit, Decretales epistolas apocryphas esse, & seducere a fide Christi, vt refert Turrecremata in Sum. de Ecclē. lib. 4. par. 2. cap. 38. quem etiam errorem sequebatur Waldenses, vt tradit Eymericus 3. par. tit. de signis, per qua Waldeses heretici cognoscuntur. & 2. par. 9. 14. versic. textus error. Lutherus autē apud Rossensem art. 30. impias & Christo aduersarias eas appellat, eorum tamen auctoritatem efficacissime defendit Turrecremata in Sum. de Ecclē. lib. 2. cap. 108.

Denique illud est obseruandum, quod Gratianus admonuit initio 20. dist. in fionis, videlicet, epistolas Pontificum decretales canonibus conciliorum pari iure esse exequandas, quam sententiam velut manifestum Gratiani errorem acerbe reprehendit Alfonso Casirus, lib. 1. aduersus hereses ca. 2. ne gat enim (quod & probare conatur) epistolas decretales, tametsi ab omnibus recipi debeant, conciliorum canonibus equandas. Recd. verior sententia est quam optime tuetur Conarruuus lib. 4. vari. resol. c. 16. videlicet, has epistolas summā habere auctoritatem; nam si de libris & causis dirimendis agatur; tunc certum est non esse minorem Papā, quam conciliorum potestatem. glossa in cap. ad Apostolicā. de re iud. lib. 6. Innocentius & Imola, in c. graue. de prebendis. late Iacobatus tractatu de concilio lib. 5. art. 8. ex quibus colliges in libris & controuersis dirimendis concilium non habere aliā potestatem, quam quā sibi à summo Pontifice tradita est. Iam in causis fidei epistola Pontificis decretalis maturo edita consilio, & in ea inuendens Pontifex determinare de fide, perinde obligat ac conciliorum generalium canones: Potestatis enim iudicium in causis fidei & morum certissimū esse, exploratissimum est apud Catholicos, cum ueq; concilia generalia absq; Pontificis Romani auctoritate quicquam in causis fidei & morum validum & firmum definire possint, sed omnino egent Papā cōfirmatione, vt prater ceteros grauit et vere ostēdit Blasius Nauarus Theologus insignis, quo precepto re gloriamur, lib. 3. cap. 19. de auctoritate Romane Ecclesię, & sacro eius principatu.

g Sed ideo secundum antiquam consuetudinem singulari cautela in sancta Romana Ecclesia non leguntur, quia & eorum qui scribere nomina penitus ignorantur. Hinc obseruabis eos libros, cuius auctores ignorantur, maxime de reb. ad religionem spectantibus differentes, nō facile in Ecclesia Dei legendos; nam & Gelasius hic iam eo tempore tales libros, veluti parū auctoritatis habentes legi noluit in Ecclesia; nunc autē maiori prohibitione opus fuit. Cū enim multi nostris seculis heretici

A libros ederēt falsis dogmatib. resperfos, omisso nominauctoris, ne protinus mali esse deprehederetur, concilium Tridentinū sess. 4. in decreto de editione librorum, valde salubriter cauit, ne vllus liber omnino de rebus sacris tractans absq; nomine auctoris deinceps imprimatur. Et qui nris c. c. c. de solis libris sacra tractantibus loquatur, ad ceteros etiam, qui sacra non tractant, optime trahitur: & propterea de illis nominatim egit concilium, quoniam maius ibi erat periculum; nam & in reliquis idem est incommodū inueniri potest, & propter idem statuendum. l. illud. ff. ad l. Aquiliam. atq; ita nunc consuetudo Romę obseruat: nam sacri Palatii Magister nullum librum aut vendi, aut imprimi permittit absque nomine auctoris; cuius morem in hoc ceterę prouincia deberent imitari, vt fidei populo plenius cautum esset: de qua re plene cauet editum Inquisitorum generalium Reipubl. Christianę, quod incipit, Anim aduertentes. impressum in Bullario literarum. A postolicarum pro officio sanctissimę Inquisitionis.

h Cetera, quę ab hereticis, siue schismaticis cōscripta, vel prædicta sunt, nullatenus recipit Apostolica Romana Ecclesia. Hęc nō modo nō recipit, verum etiam prohibet, dicit, & cōbivis, ne falsa horum dogmata (vt scribit Iustinianus in nouella 42. de depositione Antimi) ad alia perueniant seculi, de quo differui latissime inf. par. 2. in principio super c. fraternitatis, de heret. nec modo hereticorum, sed etiā profanorum librorum lectio ab Apostolis iam initio nascentis Ecclesię interdita videtur potest ex his, quę scribit beatus Clemens Papa lib. 1. c. 7. constitutionum Apostolicarum: quę locum quia insignis est in hac causa in lectoris gratiam abscribendum curauit. habet autē ita: Abstine te ab omnibus Gentilium libris. Quid enim tibi cum externis libris, vel legibus, vel falsis prophetis; quę quidem leues a fide abducunt. Nam quid tibi deest in lege Dei, vt ad illas gētium fabulas confugas; nā si historica percurrere cupis, habes Reges; si sophistica & poetica, habes Prophetas & Iob, & Prouerbiorum auctorem, in quibus omnis poetica ac sapiētia accuratam rationē inuenies, quoniam Domini Dei, qui solus est sapiens, voces sunt. Quod si cantilenas cupis, habes Psalmos; si rerum origines nosse desideras, habes Genesim; si leges & præcepta gloriosam dei legē. Ab omnibus igitur externis & diabolicis libris vehementer te contine. hæc omnis ibi. Eodē pertinet c. sacerdotes. & e. legat 37. d. 3. & plane quot incommoda ex profanorum librorū lectione oriuntur in singulis fere disciplinis, latissime differui libro sexto de penis hereticorum in tradidique copiose Alfonso Casirus lib. 3. ca. 8. de iusta hereticorum punitione, & Gabriel Præbiterus Tensonius in libris de expungendis & tollendis malis libris.

Profanorum librorum lectio olim interdita.

Libri siue nouage auctorum non permittuntur.

HACTENVS Eymericus ex varijs Conciliorum, summorum Pontificum Romanorum, & sanctorum Patrū locis multa fidei dogmata collegit, quæ ad institutum huius primæ partis spectabant, in quibus de suo nihil apponens, sola recitatione contentus fuit. Nunc duodecim quæstionibus complectitur multa, quæ ad fidem ipsam, & fidei obligationem pertinent, ex quorum ignoratione fideles in singulares errores facile incidere possunt, in sinuans etiam multa, quæ iam proximus ad negotium Inquisitorum spectat. In his nos omisis multis, quæ Theologorum propria sunt, ea tantum adnotabimus, quæ insigniora sunt, quæque magis ad susceptum institutum attinent.

QUÆSTIONES DVODECIM de pertinentibus ad fidem, Inquisitionis officio congruentes.

QUÆSTIO I. De fidei definitione.

SUMMARIUM.

- 1 Fides inchoatio est & primum principium.
- 2 Fides habet certam ac firmam adhesionem.
- 3 Fides est de non apparentibus, & indemonstrabilibus.
- 4 Quæ ratione fides ab alijs habitib. distinguatur.
- 5 Variæ fidei explicationes allatæ a Sanctis.
- 6 Clara & absoluta fidei definitio.

Vide theologos. li. 1. S. c. dicit. 23. Canonistas c. Firmiter. de summa Trin.

PRIMA quæstio est. Fides quid est? Ad hanc respondemus iuxta mentem S. Thomæ 2. 2. q. 4. art. 1. quod Apostolus ad Hebr. 11. declarat fides quid est, cum dicit: Fides est substantia sperandarum rerum, argumentum non apparentium.

1 Dicitur fides substantia, hoc est, inchoatio prima. Nam substantia solet dici prima inchoatio cuiuslibet rei, & maxime quando tota res sequens continetur in primo principio in virtute; per quem modum prima principia in demonstratione sunt substantia scientiæ. Et sic dicitur fides, substantia, hoc est inchoatio prima. Dicitur, sperandarum rerum, hoc est, rerum futurarum desideratarum. Nam prima inchoatio & principium rerum sperandarum, in nobis est per fidei assensum, quæ virtute continet omnes res sperandas. in hoc enim speramus beatificari, quod aperta visione in veritate videbimus ea, quibus per fidem nunc adheremus.

2 Dicitur argumentum, hoc est inductiuum ad alicui firmiter adhaerendum. Nam per argumentum intellectus inducitur ad alicui vero adherendum: unde ipsa firma adhesio intellectus ad fidei veritatem, hic dicitur argumentum.

A 3 Dicitur autem, non apparentium, hoc est, inuisorum & indemonstrabilium. Nam articuli fidei sunt inuisi & indemonstrabiles. quia nec videmus ad sensum, nec intelligere, nec inuestigare valemus per demonstrationem cogentem mentem, & necessarium argumentum: sed tantum per diuinum dictum mentis oculis intuemur. Ex quibus relinquitur, quod Apostolus bene dicit cum ait, quod fides est substantia sperandarum rerum argumentum non apparentium.

4 Et sic bene dicit: quod per predicta ab alijs, quæ ad intellectum pertinent, fidem distinguit. Nam per hoc, quod fides dicitur, substantia, distinguitur a spe & charitate, quæ nulla est inchoatio: quia fides est virtutum fundamentum primum, & substantia; & non spes, nec virtus alia.

B Per hoc quod dicitur, sperandarum rerum, distinguitur virtus à fide eorum sumpta: quæ ad beatitudinem sperandam non ordinatur. Per hoc quod dicitur, argumentum, distinguitur fides ab opinione, suspitione, & dubitatione, per quas non est aliquid firma adhesio intellectus. Per hoc quoque dicitur, non apparentium, distinguitur fides a scientia & intellectu, per quæ aliquid sit apparet. Ex quibus omnibus apparet, quod Apostoli prædicta fidei declaratio est proprie definitio.

5 Omnes autem aliæ definitiones a Sanctis datæ, potius sunt prædictæ Apostoli explicationes, quæ definitiones. Quod enim dicit Augustinus: fides est virtus, quæ creduntur quæ non videntur: & quod dicit Damascenus, fides est esse non inquisitus consensus: & quod alij dicunt, quod est certitudo quædam animi de absentibus supra opinionem & infra scientiam: idem est quod dicit Apostolus, argumentum non apparentium. Quod vero Dionysius dicit 7. c. de diuinis nominibus, quod fides est manens credentium fundamentum, collocans eos in veritate, & in ipsis veritatem ostendens; idem est et quod dicitur, substantia sperandarum rerum.

6 Ex quibus omnibus potest constare clare fidei definitio, quæ sit talis, quod Fides est mentis habitus siue virtus, quia inchoatur vita æterna in obis, faciens intellectum non apparentibus assentire.

EX

† De rezia rum opufe super ter. q. praef. sum. a. stieren ma rie. Catho quæ & ticuli. † al. d. tis.

† Trad. Io. a. & li. 1. q. 94. Euang. q. 1. lib. 4. c. 1.

QVAESTIO II.

De articulis fidei, & eorum distinctione.

SUMMARIUM

- 1 Duo speramus in caelo videre, & quae,
- 2 Credibilium prima distinctio.
- 3 Tria de Deo nobis proponuntur credenda.
- 4 Articuli ad diuinitatem spectantes.
- 5 Septem articuli de Christi humanitate.
- 6 Altera articulorum partitio.

SECUNDA ¶ quaestio est. Fidei articuli quot sunt, & quomodo, & qualiter distincti sunt?

Ad hanc respondemus iuxta mentem S. Thomae. 2. 2. q. 1. art. 8. quod quia fides est sperandum rerum, argumentum non apparetur, ut dicit Apostolus ad Heb. 11. illa per se pertinet ad fidem de quibus speramus habere in vita aeterna claram & perfectam uisionem.

1 Duo autem speramus in aeterna patria reuelata facie videre, scilicet essentia diuinitatis, cuius uisio nos beatos facit, & mysterium humanitatis Christi, per quem etiam ad gloriam filiorum Dei accessum habemus, ut dicitur ad Rom. 5. Unde dicitur Io. 17. Hec est uita aeterna, ut cognoscant te Deum uerum, & quem misisti Iesum Christum.

2 Et ideo prima distinctio credibilium est, quod quaedam pertinent ad maiestatem deitatis, quae uero pertinent ad mysterium humanitatis Christi, quod est pietatis sacramentum, ut dicitur 1. ad Timoth. 4.

3 Circa maiestatem autem diuinitatis, tria nobis credenda proponuntur. Primo quidem unitas diuinitatis, & ad hoc pertinet primus articulus. Et quia nomen diuinitatis importat omnipotentiam, omnem scientiam, ac prouidentiam, ideo credere de Deo ea, quae pertinent ad eius omnipotentiam, scientiam, & prouidentiam sub primo isto fidei articulo concluditur.

4 Secundo trinitas personarum, & de hoc sunt articuli secundum tres personas. Tertio uero proponuntur nobis opera diuinitatis propria, quorum primum pertinet ad esse naturae, & sic proponitur nobis articulus creationis. Secundum uero pertinet ad esse gratiae, & sic proponuntur nobis sub uno articulo omnia pertinentia ad sanctificationem humanam. Et quia sacramenta praesertim Eucharistiae, Penitentiae, & Baptismi sunt instituta a Christo ad sanctificandam humanam mentem, ideo credere de Ecclesiae sacramentis, prout credit sancta Romana Ecclesia, sub isto fidei articulo continetur. Tertium uero pertinet ad esse gloriae, & sic ponitur alius articulus de resurrectione carnis, & de uita aeterna, & ita sunt septem articuli ad diuinitatem pertinentes.

5 Similiter etiam circa humanitatem Christi, ponuntur septem articuli, quorum primus est de Incarnatione, siue de conceptione Christi. Secun-

A dus de Natiuitate eius ex uirgine. Tertius de Passione eius, & morte, & sepultura. Quartus de descensu ad inferos. Quintus de resurrectione. Sextus de Ascensione, Septimus de Aduentu ad iudicium: & sic sunt in uniuerso xiiij.

6 Quidam tamen distinguunt duodecim articulos fidei, sex pertinentes ad diuinitatem, & sex ad humanitatem. Tres enim articulos trium personarum comprehendunt sub uno, quia eadem est cognitio omnium personarum. Articulum uero de opere glorificationis distinguunt in duobus, scilicet in resurrectione carnis, & gloriam animae. Similiter articulum conceptionis, & natiuitatis coniungunt in unum.

QVAESTIO III.

De Fide explicite habenda.

SUMMARIUM.

- 1 Obiectum fidei per se quid sit.
- 2 Quae secundo loco ad fidem pertineant.
- 3 Articuli fidei explicite credendi.
- 4 Credibilia secundi ordinis quando explicite credere oporteat.



TERCIA quaestio est. Utrum, ad explicite credendum articulos fidei, quilibet teneatur?

Ad hanc respondemus iuxta mentem S. Thomae. 2. 2. q. 2. art. 5.

1 Quod fidei obiectum per se est illud, per quod homo beatus efficitur, ut supra dictum est.

2 Per accidens autem, uel secundario se habent ad obiectum fidei omnia illa, quae in scriptura Dei diuinitus tradita continentur, sicut quod Abraham habuit duos filios, quod David fuit filius Isai, & alia huiusmodi.

D 3 Quantum ad prima igitur credibilia, quae sunt articuli fidei, tenetur homo explicite credere, sicut & tenetur habere fidem.

4 Quantum autem ad alia credibilia non tenetur homo explicite credere, sed solum implicite, uel in preparatione animi, in quantum paratus est credere quicquid in diuina scriptura continetur. Sed tunc solum huiusmodi tenetur explicite credere, quando hoc ei confiteritur in doctrina fidei contineri.

COMMENT. XX.

Verum ad explicite credendum articulos fidei quilibet teneatur. ¶ Explicite credere hoc loco accipere debemus, id est, aperte, clares, singulariter, & non in confuso credere, siue distincte & specialiter, ut ait Archidiaconus in ecclesiae nones. 15. dist. na, explicare, unde explicite dicitur, est proprie est extendere, & quae extenduntur, perfectius uidentur. Sensus ergo quaestionis hic est: An quilibet fidelis obligetur clare et aperte scire fidei articulos, ita ut sciat hunc esse articulum fidei, quoties de ea re fuerit interrogatus, et in summa conclusionem.

Quid sit explicite credere.

† De hac materia uide beatum Thomam opusculo 23. super e. Firmiter. quod supra est imprefsum ad hoc fidei in summa de fide Catholica. §. quot & qui articuli.

† al. ascensum

† al. diuinitatis.

† Tract. 10. a. 1. & li. 2. q. 1. & 2. & 3.

concludit hic Eymericus ex sancto Thoma, quemlibet obligari ad credendum explicite fidei articulos. reliqua vero, quae in sacris litteris continentur, explicite credere non est ad salutem necessarium. quae quomodo sint accipienda, in sequentibus declarat manifestius. Nam de materia huius quaestionis copiose disserunt theologi cum Magistro, lib. 3. sent. dist. 25. & iterum Eymericus infra in hac eadem parte, quaestio. 12.

b Quantum ad prima igitur credibilia, quae sunt articuli fidei, tenetur homo explicite credere. Haec autem prima credibilia in Symbolo continentur: propterea enim Symbolum diuinitus conditum fuit ut paulo antea dicebamus, ut fideles summa religionis capita, quae necessario credere debent, in promptu haberent breui sermone comprehensa.

An sit necessarium memoriter teneri fidei articulos.

Occurrit tamen hic pulchra difficultas, quam sepe vidimus a religiosis Episcopis inquiri: An sit necessarium, quod memoriter quilibet fidelis postquam ad annos discretionis peruenerit, articulos fidei tenere debeat. Et quamuis multa in hac quaestione dici possint, nos Conciliorum & sanctorum Patrum doctrinam nitentes, certiora & securiora trademus. Ac primum quidem absque controuersia videtur dicendum, hos memoriter esse retinendos; nam qui legem non recordatur, facile peccat in legem: in his autem peccare, est a recto veritatis tramite deficere; quare ut beatitudinem consequamur, memoria haec fidei fundamenta retinere debemus. Multae sunt aliae rationes, quibus idem persuadetur efficaciter; sed nos iam probata testimonia proferamus. In concilio Fovouliensi sub Carolo & Pipino, postquam singuli fidei articuli recitati sunt, ita legitur. Hanc igitur catholicam fidei sincerissimam puritatem volumus omnes Dei sacerdotes, omnesque gradus Ecclesiae summo cum studio, & absque villo vitio, ita ut ne vnus quidem apex intermittatur, vel augeatur, distincte & sensatim discendo memoria retinere. & paulo post. Symbolum vero & orationem Dominicam omnis Christianus memoriter sciat, omnis

C nis aetas, omnis sexus, omnisque conditio, masculi, feminae, iuuenes, senes, serui, liberi, pueri, coniu-gati, inuptaque; puellae: quia sine hac benedictione nullus poterit in caelorum regno percipere portionem. haec tenus ibi. Item in concilio Moguntiaco Caroli Magni tempore celebrato. c. 45. ita scriptum extat: Symbolum, quod est signaculum fidei, & orationem Dominicam discere semper admo-neant sacerdotes populum Christianum. Volumusque ut disciplinam condignam habeant qui haec discere negligunt, siue in ieiunio, siue in alia castigatione emendentur; propterea dignum est, ut filios suos donent ad scholam, siue ad monasteria, siue foras presbyteris, ut fidem catholicam recte discant, & orationem Dominicam, ut domi alios edocere valeant. Et qui aliter non poterit, vel in sua lingua haec discat. haec ibi, & in synodo Rheimensi sub Carolo Magno anno Domini 813. celebrata. c. 2. ita scriptum legitur: Ut orationem, quam Dominus noster Iesus Christus discipulos suos orare docuit, verbis disceret, & sensu bene intelligeret: quia illam ignorare nulli Christiano licet. Burchardus lib. 2. decret. c. 62. & 63.

D duo de re hac refert decreta omnino videnda, quae gratia breuitatis omittito, eadem recenset Iuo parte 6. c. 158. & 159. & Isidorus lib. 2. de officiis. cap. 11. refertque; Iuo par. 1. de baptis. c. 88. aut Competentibus salutare Symbolum traditur quasi comonitorium fidei, sanctae confessionis iudicium, quo instructi agnoscant, quales iam ad gratiam Christi exhibere se debeant. & beatus Augustinus lib. 1. de Symbolo ad Cathecumenos. c. 1. Accipere filij regulam fidei, quod Symbolum dicitur, & cum acceperitis, in corde scribite, & quotidie dicite apud vos, antequam dormiatis, antequam procedatis, vestro Symbolo vos munite. Symbolum nemo scribit ut legi possit, sed ad recensendum, ne forte delectat obliuio quod tradidit diligetia, sit vobis codex vestra memoria: quod auditum est, hoc creditur, & quod crediderit, hoc etiam lingua reddatur. haec ille, & refert Iuo par. 1. c. 89. In eadem sententiam multa eiusmodi adduci potuissent, de quibus latius alij.

Ex his apparet in quanto periculo versentur, qui articulos fidei memoriter nesciunt: pauca sunt & facilia haec praeccepta, nemo dicat se non praestare memoria. non haec scribimus, ut cuiquam terrorem incutiamus, sed ut torporem excutiamus ab illis, qui contrarium sentire videntur, cum eos actualiter non ediscant. Episcopis haec cura incumbit, ut singuli fideles haec noscant, caueant ne propterea Dominus in illa die animas subditorum de manu illorum requirat, neque hoc dicimus, ut quemquam reprehendamus, quod vitium a nobis procul abest, sed ut Dei gloriam quaramus, ad quam omnes viri Christiani actiones dirigi debent.

Atque ex his, quae hac quaestione tradit Eymericus, fiet manifestum, vere esse errorem quem attulit idem Eymericus par. 2. q. 10. vers. octaua haereticum videto.

Q V A E S T I O IIII.

De notitia Articulorum fidei fidelibus necessaria cum minoribus, tum maioribus.

S V M M A R I V M.

- 1 Explicatio credendorum per diuinam fit releuationem.
- 2 Superiorum est inferiores docere.
- 3 Praelati & maiores plura scire tenentur, quam alij.
- 4 Laicis & rudioribus quam scire, sufficiat.
- 5 Simpliciores quando de subtilitatibus fidei interrogandi.
- 6 Errantes per simplicitatem quando excusentur.

Q V A R T A quaestio est. Vtrum ad habendam fidem explicitam de articulis fidei omnes aequaliter teneantur?

I Ad hanc autem respondemus iuxta mentem S. Thomae secunda. 2. quaest. 2. art. 6. quod explicatio credendorum fit per reuelationem

Ad hoc inveniuntur... quod si... non est... sed...

QUESTIO VII

Anteriorum... posteriorum... quod...

SEPTIMA

- 1. Ad hoc inveniuntur... 2. Quod si... 3. Non est... 4. Sed...

SEPTIMA

Ad hoc inveniuntur... quod si... non est... sed...

Ad hoc inveniuntur... quod si... non est... sed...

Ad hoc inveniuntur... quod si... non est... sed...

QUESTIO VI

Anteriorum... posteriorum... quod...

SEPTIMA

Ad hoc inveniuntur... quod si... non est... sed...

Ad hoc inveniuntur... quod si... non est... sed...

Ad hoc inveniuntur... quod si... non est... sed...

Ad hoc inveniuntur... quod si... non est... sed...

Ad hoc inveniuntur... quod si... non est... sed...

† al. omnib. autem hominibus † veniendi ad beatitudinem est mysterium incarnationis & passionis Christi. Dicitur enim Act. 4. non est aliud nomen datum hominibus in quo oporteat nos saluos fieri.

2 Et ideo mysterium incarnationis Christi aliter oportuit omni tempore esse creditum apud omnes; diuersi modo tamen secundum diuersitatem temporum, & personarum.

3 Nam ante statum peccati homo habuit explicitam fidem de Christi incarnatione, secundum quod ordinabatur ad consummationem gloriae, non autem secundum quod ordinabatur ad liberationem a peccato per passionem & resurrectionem: quia homo non fuit praescius peccati futuri. Videtur autem incarnationis Christi praescius fuisse per hoc quod dixit: Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori suae, vt habetur Gen. 2. Et Apost. ad Ephe. 5. dicit: Sacramentum magnum esse in Christo & Ecclesia: quod quidem sacramentum non est credibile primum hominem ignorasse.

4 Post peccatum autem fuit explicitè creditum mysterium incarnationis Christi, non solum quantum ad incarnationem, sed etiam quantum ad passionem & resurrectionem, quibus humanum genus a peccato & morte liberatur. Aliter enim non praefigurasset Christi passionem quibusdam sacrificijs, & ante legem, & sub lege, quorum quidem sacrificiorum significatum † explicitè maiores cognoscebant, minores autem sub velamine illorum sacrificiorum, credentes ea diuinitus esse disposita, de Christo venturo quodam modo habebant velatam fidem: † & ea quae ad mysteria Christi pertinent, tanto † expressius cognouerunt, quanto Christo propinquiores fuerunt.

† al. significa-
ta.

† Apud bea-
tum Th. 2. 2.
q. 2. art. 7. ita
legitur, vela-
ta cognitio-
nem.

† Apud beati
Th. 2. 2. q. 2.
art. 7. ita, tan-
to difficilius
cognouerunt
quod a Chri-
sto remorio-
res fuerunt;
& tanto faci-
lius cognoue-
runt, quanto
Christo, pro-
pinquiores
fuerunt.

5 Post tempus autem gratiae reuelatae tam maiores, quam minores tenentur fidem habere explicitam de mysterijs Christi, praecipue quantum ad ea, quae communiter in Ecclesia solennizantur, & publice proponuntur: sicut sunt articuli incarnationis, de quibus supra dictum est. Alias autem subtiles considerationes circa incarnationis articulos tenentur aliqui magis vel minus explicitè credere, secundum quod conuenit statui & officio vniuscuiusque.

Q V A E S T I O VI.

De necessitate credendi explicitè mysterium Trinitatis.

S V M M A R I V M.

- 1 Mysterium incarnationis fide Trinitatis includit.
- 2 Trinitatis mysterium explicitè credendum ab omnibus.

† De hac quo-
que materia
videto Theo-
logos lib. 3.
sent. dist. 25.



SEXTA † quaestio est. Vtrum ad credendum explicitè mysterium Trinitatis quilibet teneatur?

1 Ad hanc respondemus iuxta mentem S. Th. 2. 2. q. 2. art. 8: quod mysterium incarnationis Christi explicitè credi non potest si-

Ane fide Trinitatis: quia in mysterio incarnationis Christi hoc continetur, quod filius Dei carnem assumpserit, quod per gratiam Spiritus sancti mundum renouauerit: & iterum quod de Spiritu sancto conceptus fuerit. Et ideo eo modo quo mysterium incarnationis Christi ante Christum, fuit quodammodo explicitè creditum a maioribus, implicitè autem & quasi obubrate a minoribus, ita etiam & mysterium Trinitatis.

2 Et ideo etiam post tempus gratiae diuulgatae tenentur omnes ad explicitè credendum mysterium Trinitatis: & omnes, qui renascuntur in Christo, haec adipiscuntur per inuocationem Trinitatis, secundum illud Matth. ult. Euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, Amen.

Q V A E S T I O VII.

An teneatur vnusquisque explicitam fidem habere de contentis in sacra scriptura.

S V M M A R I V M.

- 1 Ad fidem aliqua directe pertinent, & quae.
- 2 Falsum opinari cum pertinacia circa spectantia directe ad fidem, hereticum facit.
- 3 Aliqua vero indirecte ad fidem attinent, & quae.
- 4 Circa haeresis labem errare contingit in spectantibus indirecte ad fidem: & quando.
- 5 Ab haeresis nota multi prius immunes reputati sunt, qui nunc non excusarentur.
- 6 Credibile duplex est genus.
- 7 Non omnia pari ratione proponuntur credenda.
- 8 Quae teneatur homo explicitè credere, & quae implicitè.



SEPTIMA quaestio est, Vtrum ad credendum per fidem explicitè omnia, quae sunt in sacra scriptura quilibet teneatur?

1 Ad hanc respondemus iuxta mentem S. Thomae in diuersis eius dictis. primo in prima parte summae q. 32. art. 4. vbi dicit sic; Dicendum, quod ad fidem pertinet aliquid dupliciter: Vno modo directe, sicut ea quae nobis sunt principaliter diuinitus tradita, vt Deum esse trinum & vnum, Filium Dei esse incarnatum: & huiusmodi.

2 Et circa haec falsum opinari hoc ipso inducit haeresim, maxime si pertinacia adiungatur.

3 Indirecte vero ad fidem pertinent ea, ex quibus consequitur aliquid contrarium fidei: sicut si quis diceret, Samuelem non fuisse filium Elchanæ. Ex hoc enim sequitur scripturam diuinam esse fallam.

4 Circa huiusmodi ergo absque periculo haeresis aliquis falsum potest opinari, antequam consideretur, vel determinatum sit, quod ex hoc sequitur aliquid contrarium fidei: & maxime si non pertinaciter adhæreat. Sed postquam manifestum est, & praecipue si sit per Ecclesiam determinatum, quod ex hoc sequitur aliquid contrarium fidei, in hoc errare non esset absque haeresi.

Et

In Directo
io Bononi
ta: propter
hoc quod no
nrat manife
stum, quid ex
tis sequitur.

5 Et propter hoc multa nunc reputantur he
retica. quæ prius nõ reputabantur: propter hoc
nunc est magis manifestum, quid ex eis sequitur.
Secundum in 2.2. quæstio. 1. artic. 6. in solutio
ne primi argumenti, dicit sic: Dicendum quod
aliqua sunt credibilia, de quibus est fides secun
dum se: aliqua vero sunt credibilia, de quibus
non est fides secundum se, sed solum in ordine
ad alia: sicut etiam in alijs scijs quædam pro
ponuntur vt per se intenta, & quædam ad mani
festationem aliorum. Quia vero fides principa
liter est de his, quæ videnda speramus in patria,
secundum illud ad Heb. 2.1. Fides est substantia
sperandarum rerum: ideo per se ad fidem perti
nent illa, quæ directe nos ordinant ad vitam æter
nam: sicut sunt tres personæ omnipotentis Dei,
mysterium incarnationis Christi, & alia huius
modi: & secundum ista distinguuntur articuli
fidei. Quædam vero proponuntur in sacra scri
ptura, vt credenda, non quasi principaliter inten
ta, sed ad prædictorum manifestationem; sicut
quod Abraham habuit duos filios, quod ad tactu
osium Elitæ suscitatus est mortuus, & alia hu
iusmodi, quæ narrantur in scriptura sacra in or
dine ad manifestationem diuinæ maiestatis, vel
incarnationis Christi: & secundum talia nõ oportet
articulos distinguere. Tertio in eadem sum
ma, quæst. 2. artic. 5. dicit sic: Dicendum est igitur,
quod fidei obiectum per se est id, per quod
homo beatus efficitur, vt supra dictum est: per
accidens autem vel secundario se habent ad ob
iectum virtutis omnia, quæ in sacra scriptura di
uinitus tradita continentur: sicut quod Abraham
habuit duos filios, quod Dauid fuit filius Isai: &
alia huiusmodi.

¶ al. Sicut sũt
eres personæ
omnipotentis
Dei, myle
rium &c.

¶ al. quicquid
diuina scri
ptura conti
net.

¶ Augustinus
ad Hierony
mum episto
la 19. refer
tur in e. Ego
solus. dist. 9.
inde semendã
dum est hoc
fragmentum
quod multis
omissis refer
re Eymeri
cus.

Quantum igitur ad prima credibilia, quæ
sunt articuli fidei, tenetur homo explicite crede
re, sicut & tenetur habere fidem. Quantum autẽ
ad alia credibilia, non tenetur homo explicite
credere, sed solum implicite, vel in preparatione
animi, in quantum paratus est credere quicquid
est in diuina scriptura continetur, sed tunc solum
huiusmodi tenetur explicite credere, quando ei
hoc constiterit in doctrina fidei contineri.

Quare explicite est credendum, quod omnia,
quæ sunt in sacra scriptura, hoc est in libris Ca
nonicis, sunt vera, vt pote quia diuinitus reuela
ta. Vnde Augustinus in Epistola ad Hierony
mum sic ait: Solum eis libris, qui canonici ap
pellantur, didici hunc honorem deferre, vñ nul
lum auctorem eorum scribendo errasse aliquid
firmissime credam; alios autem ita lego, vt licet
sanctitate doctrinarum polleant, non ideo verũ
putem, quia ipsi ita sentiant.

COMMENT. XXI.

Dicendum, quod ad fidem pertinet ali
quid dupliciter. Scopus in his quæstioni
bus Eymericus repetit hanc distinctionem, quæ
nulla nostra eget declaratione, operæ pretium est
tamen illud interpretari cum dicit: Circa huius
modi ergo absq; peticulo hæresis aliquis falsum

A potest opinari, antequam consideretur, vel de
terminatum sit, &c. Nam his verbis apertissime
indicatur ignorantiam ab hæresi excusare, & per
consequens a penis in hæreticos latis; neque vero
hæc est solius Thomæ aut EymERICI sententia his
locis: nam idem prorsus asserit idem B. Thomas 1.
Corinth. c. 11. lectione 4. & 2.2. q. 2. art. 7. ad secũ
dum argumentum, & ibi Caietanus, & 3. lib. sent.
dist. 25. q. 2. ad primum argumentum, & alibi se
p̄s, & hanc sententiam quod ignorantia excuset ab
hæresi communiter Doctores amplectuntur, de quo
articulo ambigunt & perdifficili agit late Alfonso
Castrus lib. 1. c. 9. de viciis hæretic. punitio. Mel
chior Canus lib. 12. c. 9. de locis theologicis. Siman
cas de catho. insin. tit. 26. idem ibidem tit. 28. nu.
12. 13. & 14. idem in Enchyridio violatæ religio
nis, tit. 48. & 49. Joannes Roias tractatu de hæ
ret. par. 1. nu. 64. & seq. & parte 2. assertionem 26.
Martinus Nauarrus in Manuali, præludio 1. nu.
15. & 16. & c. 1. magne. 22. Albertinus tract. de
agnoscendis assertio. q. 12. nu. 4. & q. 23. nu. 6. Pa
latius Rubius in allegatione de hæresi. §. 4. Joannes
Imola, Panormitanus & alij in rub. extra de
sim. Trin. & fide catho. Innocentius, Antonius
Butrius, & alij in c. firmiter. de sim. Trinuit. Joannes
Anania in c. firmissime. nu. 8. extra de hæretic.
Panormitanus & Felypus in c. 1. nu. 2. de hæret.
Paulus Casirenus, Baldus, & Iason in rub. C. de
sim. Trin. Repertorium Inquisitorum verb. ignorã
tia. & verbo, excusari. & verbo hæresis. §. ex su
pradictis. & verbo, hæreticus. §. ite non est hæreti
cus, & alij quos prudens omitto. nos partim ex his,
partim aliunde sequentes regulas ad huius loci il
lustrationem collegimus, quibus in foro exteriori sit
locus, quoties is casus occurrat; occurrit autẽ sepe:

Sit prima regula: Quicumq; Christianus errat in
his, quæ sunt prima fidei capita, seu articuli in Sym
bolo comprehensi, & in Ecclesia vulgarit, ac solem
nizati, hæreticus est, si pertinacia adiungatur: nõ
quam enim est hæresis sine pertinacia. ita docet hic
Eymericus nu. 2. & S. Thomas hic ab Eymericò ci
tatus. neq; de hac regula video vllam controuersã
inter Doctores. hæc tamen in sequentibus amplius
declarabitur. Si quis ergo in his deficeret, nõ possit
iustam ignorantia causam allegare, cum ex institu
to & præcepto legis Christianæ hæc scire obligetur,
& ea nescire nullatenus presumatur.

Sit secunda regula: Qui errat in his, quæ sunt fi
dei ignorantia affectata, & præsertim in his, quæ
scire debet aut scire presumitur, hæreticus est cen
sendus: nam qui ignorantia affectata errat, ex ma
litia propria & animi iniquitate errare putatur;
immo hic grauius errat, & magis peccat. cap. excel
lentissimus. 1. 1. q. 3. ibi. Aliud esse ex necessitate,
aliud ex ignorantia, atque aliud quod de studio
delinquitur, istudque posterius duobus priori
bus strictius esse puniendum. hæc ibi. Si quis ergo
vir doctus velut Theologus in his deficeret: que
scire tenetur, aut scire probabiliter presumitur, hæc
non inuaret ignorantia excusatio: saltem quo ad pe
nas penitentiales & bonorum confiscationem fugi
endas (vt suo loco dicemus) tamen si paratus cor
rigi, esset recipiendus.

Ignorantia
eorum quæ
indirecte spe
ctant ad fidem
quando excu
set in tribu
nali inquisi
tionis.

1. Regula.

2. Regula.

Sit

3. Regula.

Sit tertia regula: Qui errat ignorantia crassa & supina in his qua fidei sunt, ac scire debet, nec probabile est ea a fidelibus vel a suo conditionis hominibus ignorari, hereticis etiam consentus est. Huius regula accommodatissima sunt exempla, qua commemorat Melchior Canus lib. 12. de locis Theologicis. c. 10. vers. alteram. Dicitur Thomas. Si quis enim homo, etiam de media plebe neget Christum Crucifixum, aut vere mortuum, aut vere a mortuis resurrexisse: aut dicat, superfluum esse & vanum orare pro mortuis, nullo premio iustos a Deo affici, nullo supplicio improbos, & his similia. Item si vir in scolastica Theologia diu versatus, contendat Spiritum sanctum a Filio non procedere, aut Patrem, & Filium eiusdem Spiritus duo esse principia, aut non esse tres penitentiae partes, aut Christianis nullo modo esse licitum cum hostibus bellum gerere, aut Episcopum non esse maiorem simplici sacerdote, aut aliud simile, quod vix est credibile nescire Theologos ad Ecclesiae communem fidem pertinere: si quis inquam ita per ignorantiam errare se dicat, hereticus presumendus est, ac velut talis iudicandus in foro exteriori, nisi forte tam esset stupidus, imperitus, & rusticus, ut iudicibus fidei perspicuum fiat cum omnino prorsus malitia caruisse: talis erat ille, qui dicebat Patrem, & Filium & Spiritum sanctum simul incarnatos fuisse, quia legerat illud: Qui natus est de virgine, cum Patre, & sancto Spiritu. Hic. n. in grammatica potius quam in fide deprehensus fuit errare.

4. Regula.

Sit quarta regula: Qui errat in his que fidei sunt ignorantia probabilis, praesertim in his, que explicitae credite non tenentur, qualia sunt que indirecte ad fidem spectant, de quibus Emericus hac questione nu. 3. Item quales sunt multae fidei subtilitates ab heresi & hereticorum poenis excusatur, donec admonitionem perseveraret, non excusaretur. Hanc assertionem seu regulam tenent omnes illi, quos initio huius commentarii citavi. & praeterea Zanchinus tract. de heretic. c. 2. nu. 2. & 3. ubi Campegius, & Albertinus tract. de agnos. assertio. q. 36. nu. 6. horum frequens exemplum est illud Innocentij in c. firmiter. de sum. Trin. & fide catholica. Ut si quis rusticus motus quadam ratione naturali dixisset, quod in diuinis Pater est maior Filio, quoniam in humanis maior est, creditque Ecclesiam ita tenere; reuera hic hereticus non est, nisi admonitus in errore persistat. Idem iudicatio de eo, qui asseruit Patrem & Filium duos esse Deos, quem ita defendebat Palacius Rubius in allegatione de heresi. Ratio vero potissima huius regulae est, quoniam rusticus aut idio- ta, qui ita falso opinatur, opinionem suam credit esse opinionem, aut verius Ecclesiae veritatem, nec ea opinatio est fides, sua, cum ipse fidem Ecclesiae teneat, atque hoc est diligenter animaduertendum in hac causa ad excusandos rusticos & idiotas, qui saepe in hos errores facile labuntur. Adieci etiam in regula, Fidei subtilitates: quoniam in his rudes homines & plebei facile labuntur, tamen absque heresis periculo in quibus inquit beatus Thomas non esse simplices homines examinandos, nisi cum timeatur, ne in eis sint ab hereticis deprauati. 2. 2. q. 2. art. 6. in responsione ad 2. argumentum,

A Sit quinta regula: Qui errat ignorantia inuincibili, ab heresi excusatur. Ioannes Maior lib. 2. sent. dist. 22. q. 2. Simancas de catho. institut. titul. 26. nu. 6. & pauci quidam alij. Voco autem inuincibilem seu insuperabilem ignorantiam, eam quam homo superare non potuit, postquam diligentem adhibuit sollicitudinem in veritate inuestiganda. Sed vt ingenue fatear quod sentio, hodie post tam apertam Christianae religionis notitiam, & tam late patentem Euangelij promulgationem, & tot Conciliorum, & sacrorum Doctorem lucem, vix in his, que fidei sunt, ignorantia inuincibilis, seu insuperabilis esse potest.

B Sit sexta regula: Qui errat in his, que sunt fidei, que tamen ipse credere explicitae non tenentur, deceptus ab aliquo viro docto, quem piam & catholicum esse credit, & talis ab alijs communiter habetur, ab heresi, & hereticorum poenis ac etiam a peccato videtur excusandus: quia putat eam doctrinam sanam esse. ita intelligendum est id, quod dicit Magister sententiarum lib. 4. dist. 30. c. 1. vers. si quis hereticus. in hec verba: Si quis hereticus nomine Augustini vel Ambrosij alicui Catholico se offerret, cumque ad suae fidei imitationem vocaretur: si ille assentiret, in cuius sententiam fidei diceretur consensisse: non in hereticorum secta, sed in integritate fidei, quam ille haereticus sententiebatur habere. haec tenus Magister, quem sequitur ibidem S. Bonaventura, verb. si quis hereticus. dubio. 2.

C Sit septima regula: Idem prorsus sentiendum est, cum filij errant in fide a parentibus seducti, & in errore nutriti: item discipuli a preceptoribus & magistris: subditi ab Episcopis & parochis, aut alijs similibus, praesertim si nondum iudicij copotes erant, aut fuerant in his tamen decepti erant, que explicitae scire non tenentur; nam & hi etiam ab heresi & hereticorum poenis excusabuntur. Ioannes Lupus Decanus Segouienfis. tract. de heret. quem refert & sequitur Motaleus in l. 1. tit. 26. partit. 7. q. 14. & hec plane regula videtur apertissime in c. dixit. A postolus. 24. q. 2. in hec verba: Sed qui sententiam suam quamuis fallam atque peruersam nulla pertinaci animositate defendunt, presertim quam non audacia sua praesumptionis pepererunt, sed a seductis atque in errorem lapsis parentibus acceperunt, quarunt autem cauta sollicitudine veritatem, corrigi parati, cum inueniant, nequaquam sunt inter hereticos deputandi. haec tenus ibi. tales ergo mitissime sunt tractandi, & leuissime etiam penitentiae eis iniungendae.

Quod si quis pro heresi, aut heresis suspitione inquisitus seu captus, talem excusationem proponat dicens, se ita tenere, quia a magistro ita didicit, cuius opiniones sequi non erat vetitum: tunc discutenda est illa questio, An videlicet sint reputandi heretici, qui erroneam alicuius magistri doctrinam seu opinionem sequuntur: de qua Beatus Thomas quodlibeto. 3. q. 4. artic. 10. Augustinus de Ancona in summa de potestate ecclesiastica, quest. 28. art. 2. Albertinus tract. de agnosce. assertionibus, quest. 21. nu. 34. 35. & seq. Turvremata in summa de Ecclesia lib. 4. par. 2. cap. 17. Siluester in summa, verbo,

Igne inuincibilis

6. Reg.

7. Reg. Ecclesie facit p. sitiones ricas au tholicae solum d. rar q. aut.

An ver el falsi nopoliti edeat ab ttorre.

verbo, opinio. q. 1. & alij ab his citati. in quo articulo multa sunt capita distinguenda, sicut luculenter & copiose prae citato loco distinguit Turrecremata, quae quia breuiter referri non possunt, & maiori ex parte in supradictis regulis videntur contineri, consulto omittimus, alibi fortassis opportunis locis commodius relatu.

Tradidi haec tenus generales regulas, quibus intelligatur, quando ignorantia excuset, quando contra non prosit in causis fidei: eas vero singulis casibus applicare prudentis iudicis est: nam singulatum omnia praescribi non possunt. Neque in his locutus sum in foro interiori: an videlicet qui praedictis modis in fide errant, peccent mortaliter, vel venialiter vel aliquas censuras incurrant: isthaec enim contemplatio Theologorum est, & aliorum nunc cetera persequamur.

b Et propter hoc multa nunc reputantur haeretica, quae prius non reputabantur. Nota hic Emericum cum beato Thoma non dicere multa sunt nunc haeretica, quae prius non erant: quod tamen verissime dicere potuisset: nam haec propositiones, Christus non resurrexit, non ascendit in caelum, non est natus de uirgine, & alij id genus multae, his temporibus sunt haereticae, tamquam e diametro repugnantes ipsi articulis fidei Christianae, quae tamen ante incarnationem Filij Dei erant verissima. Dixit autem beatus Thomas, & Emericus multa hodie haeretica reputari, quae prius non reputabantur, non quia Ecclesia faciat propositionem aliquam de vera fide, & de catholica haeretica, & e converso: sed quia cum nondum de aliquibus dogmatibus conflatum ac definitum esset, quid esset secundum catholicam fidem tenendum, Ecclesia declarat, haec quidem tamquam catholica dogmata ab omnibus orthodoxis recipienda, illa vero ut haeretica respuenda. ita erudite docent Turrecremata in summa de Ecclesia lib. 4. par. 2. c. 3. ad 6. argumentum, Alfonso Casirus lib. 1. cap. 3. aduersus haereses, & Albertinus de agnos. assertio. q. 1. nu. 11. & seq.

Controversiam vero illam: An propositiones haereticae a quocumque prolatae, dicende sunt haereticae, an tunc solum cum a viro Christianam religionem professore proferuntur, ut minus vtilem missam facimus, eam tractant Adrianus 4. sent. quaest. 1. de confessione, Alfonso Casirus lib. 1. c. 1. de iusta haeretico. & Turrecremata lib. 4. de Ecclesia, par. 2. c. 3. ubi non pendere ab assertore autumat. Contra scribit Melchior Canus lib. 12. c. 3. de locis Theologo. Sed horum sententiae ita nobis videntur conciliandae: Bisariam enim hoc nomen haeresis accipi potest. Primo simpliciter pro ipsa propositione veritati catholicae contraria; & hoc modo intelligi potest opinio asserentium, ad constituendum haeresim non esse necessariam assertorem esse Christianum. Altero modo sumi potest nomen haeresis pro impio haeresis crimine quod perpetrantes & sunt & nominantur haeretici. & hoc modo procedere potest contraria doctorum opinio asserentium, ad constituendam haeresim & hominem haeticum, necessarium esse assertorem fore Christianum, de quo late Conarruuias lib. 3. uariar. resolut. c. 1. nu. 2. adde Caetanum 2. 2. q. 11. art. 1.

Ecclesia non facit propositiones haeticas aut catholicas, sed solum declarat quales sunt.
An veritas et falsitas propositionum dependet ab assertore.

A QVAESTIO VIII. Fidei non posse subesse falsum, sit ne omnibus necessario credendum.

- SUMMARIUM. 1 Ratio formalis obiecti fidei est prima veritas. 2 Fides nullam continet falsitatem. 3 Et hoc omnes explicite credere oportet.



CTAVA quaestio est, utrum credere explicite; quod fidei non potest falsum subesse, quilibet teneatur? Ad hanc respondemus iuxta mentem sancti Doctoris Thomae. 2. 2. q. 1. art. 3. q. nihil subest alicui potestiae vel habitui aut etiam actui, nisi mediante ratione formali obiecti: sicut color videri non potest nisi per lumen & conclusio sciti non potest nisi per medium demonstrationis.

1 Dictum est autem, quod ratio formalis obiecti fidei est veritas prima: unde nihil potest cadere sub fide, nisi in quantum stat sub veritate prima, sub qua nullum falsum stare potest, sicut nec non ens sub ente, nec malum sub bonitate.

2 Unde relinquitur, quod fidei non potest subesse aliquod falsum. Quod autem prima veritas non habeat admixtam aliquam falsitatem: hoc explicite est credendum, cum sit pura & summa veritas, quae est Deus. Nullus enim intellectus concipit, quod Deus dicat mendacium, neque falsum: Non est enim Deus ut homo, ac Filius hominis ut mentiatur. 3 Ergo consequenter credendum est explicite, quod fidei non potest falsum subesse.

Al. lucem

Numer. ca. 2. ita: Non est Deus quasi homo, ut metiatur nec ut Filius hominis, ut metur.

COMMENT. XXIII.

UNA est assertio, Fidei nullum potest falsum subesse, quoniam prima nititur. Haec assertio aperte intelligitur ex his, quae scribit Beatus Thomas, & ibi Caietanus 2. 2. q. 1. art. 1. ex quibus hanc colligo explanationem, Fides nostra pro obiecto formali Deum habet, quatenus Deus prima veritas est; per primam autem veritatem cum Dionysio in lib. de diuinis nominibus c. 7. intelligo simpliciter & semper existentem veritatem infallibilem, & nusquam mutabilem, aut uel in minimis incertam. Si quis enim querat a nobis, quare credimus Deo; apte respondebimus, quia est ipsa certissima & constantissima veritas: & articulos fidei, & cetera quae ad Deum spectant, ideo credimus quia a prima & infallibili veritate, nepe Deo, reuelata sunt, & propterea ipsa prima veritas, hoc est Deus, dicitur fundamentum fidei.

Quid nominis primae veritatis intelligitur.

Hanc tamen Catholicam veritatem nonnulli multis rationibus euertere nituntur, asserentes aliquando Deum, licet non per se, humano tamen Angelicou ministerio homines sefellisse, quas longa serie numerat Melchior Canus lib. 2. cap. 2. de locis theologiceis, & in sequentibus eisdem abunde satisfactur: eas nos libenter omittimus, quia non sunt instituta nostri. Haec summa est, Deum neque de potestiam

Dens nec fallit, nec fallitur unquam.

E absolu-

absoluta, neque de potentia ordinaria mentiri posse, aut quemquam fallere, nec per se, nec per alium, adeoque hoc verum esse, ut contrarium sit hereticum iudicandum. De potentia absoluta Dei loqui mihi videtur Augustinus lib. 1. de symbolo, cap. 1. dum ait: Deus omnipotens est, & cum sit omnipotens, mori non potest, falli non potest, mentiri non potest. & lib. 22. de Civitate Dei. c. 15. dum ait: Sed de omnipotentia eius, quæ tot & tanta facit mirabilia, iam multa diximus. Si volunt invenire quod omnipotens non potest, habet, prorsus, ergo dicam, mentiri non potest. hæc ille. Quod manifestius mihi expressisse videtur ipse Dominus quando Lucæ 21. ait: Cælum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt. quasi diceret: Vel concidat omne cælum, omnisque natura divina, tamen veritas consistat necesse est. De potentia vero ordinaria res est apertior. ad Romanos 3. Paulus scribit ita: Est enim Deus verax, omnis autem homo mendax. & Num. 23. scriptum est: Non est Deus quasi homo, ut mentiatur. Quod autem nec per alium, aut hominem, aut Angelum fallere quemquam possit Deus, aperte indicat natura mendacij, quod sua natura malum est & peccatum, Deus autem peccati causa non est. & si per ministros suos Deus unquam fessisset, certe sacrarum litterarum firmitas corrueret, & fidei fundamenta laberentur, dum dubitaretur an in his, vel in illis Deus per ad ministros suos vera esset locutus. ergo ut has impietates & blasphemias faciamus, asseramus omni no nulla ratione Deum unquam fessisse, aut fallere posse: & inde colligamus ulterius cum Eymerio hac quaestione: Fidei, que primam veritatem, hoc est Deum, magistram habet, nullo modo falsum subesse posse.

Deus nunquam mentitur.

b Nullus enim intellectus concipit, quod Deus dicat mendacium neque falsum.] Atque hoc est certissimum fidei dogma; nam si Deus prima & simplex veritas est, nullum mendacij genus ad mixtum habere potest: veritas enim & mendacium e diametro opponuntur, nec possunt in eodem reperi subjecto, ut communis habet philosophorum assertio. atque hinc colliges, quam stulte delirarent Armeni heretici, qui mendacem Deum faciebant, ut refert Præteolus lib. 1. de sectis hereticorum. c. 67. Mendacium enim, quod in viro probo admittere indignum est, in Deo summo bono ponere non verentur. Sed eorum dogmata synodus Calcedonensis cum Eutyche & Dioscoro, (quos Armeni veluti duces sequebantur) damnavit.

QVAESTIO IX.

De confessione exteriori fidei.

S V M M A R I V M.

- 1 Præcepta affirmatiua pro loco & tempore obligant.
- 2 Confessio fidei non semper, nec quouis loco est facienda.
- 3 Quibus in casibus necessaria sit fidei confessio.
- 4 Et quando sine ulla culpa omitti possit.



ON A quaestio est. Vtrum fidei confessio sit necessaria ad salutem sic, quod ad fidem profitendam quilibet teneatur?

Ad hanc respondemus iuxta mentem S. Thomæ. 2. 2. q. 3. art. 2. quod ea, quæ sunt necessaria ad salutem: cadunt sub præceptis diuine legis: confessio autem fidei, cum sit quoddam affirmatiuum, non potest cadere nisi sub præcepto affirmatiuo: vnde eodem modo est de necessarijs ad salutem, quo modo potest cadere sub præcepto affirmatiuo diuina legis.

1 Præcepta autem affirmatiua, ut supra dictum est, non obligant ad semper, etsi tempore obligent, obligant autem pro loco, & tempore secundum alias circumstantias debitas, secundum quas oportet actum humanum limitari ad hoc quod sit actus virtutis.

2 Sic igitur confiteri fidem non semper, neque in quolibet loco est de necessitate salutis, sed in aliquo loco, & tempore: quando scilicet per omissionem huius confessionis subtraheretur honor debitus Deo, & etiam vtilitas proximis impendenda: puta si aliquis interrogatus de fide taceret, & ex hoc crederetur, vel quod non haberet fidem, vel quod fides non esset vera, vel alij per eius taciturnitatem auerterentur à fide: in huiusmodi enim casibus confessio fidei est de necessitate salutis, iuxta illud Roma. 10. Corde creditur ad iustitiam: ore autem confessio fit ad salutem.

3 In huiusmodi enim casibus necessitatis, ubi fides periclitatur, quilibet tenetur fidem suam alijs propalare vel ad instructionem aliorum fidelium, siue ad confirmationem vel ad reprimendum infidelium insultationem: sed alijs temporibus instruere homines de fide, non pertinet ad omnes fideles.

4 Si autem turbatio infidelium oriatur de confessione fidei manifesta absque aliqua vtilitate fidei vel fidelium, non est laudabile in tali casu fidem publice confiteri: vnde Dominus dicit Matth. 7. Nolite sanctum dare canibus, neque margaritas vestras spargere ante porcos, ne conuersi dirumpat vos. Sed si vtilitas aliqua fidei speretur, aut necessitas adsit, contempta turbatione infidelium, debet homo fidem publice confiteri: vnde Matth. 15. dicitur, quod cum discipuli dixissent Domino, quod pharisæi audito eius verbo scandalizati sunt, Dominus respondit: Sinite illos, scilicet turbati: cæci sunt, & duces cæcorum.

COMMENT. XXIII.

a HÆC quaestio elegantem, vtilem, & cognitum necessariam habet materiam, & in primis ad officium sanctæ Inquisitionis pertinet. Nos vero quia forte à paucis è nostris est disputata in tractatibus, quos de penis hereticorum conscripserunt, ideo summa rerum capita ad rem nostram spectantia aperte & dilucide attingemus. Tota autem tractatio duabus potissimum partibus absoluetur.

Prima

Prima erit, & quando obligemur ad confessionem fidei exteriorem, & quando liceat si dem occultare.

Altera vero, Numquid, cum quis quo tempore obligatur fidem profiteri, eam negat, sit hereticus, vel de heresi suspectus, ita ut in hereticorum pgnas incidat, aut contra, nullam penitus contrahat heresis suspicionem.

Ex hac questione una potissimum colligitur catholica conclusio, qua dirimitur prima pars disputationis: ea vero huiusmodi est; Confessio fidei est necessaria ad salutem ex vi precepti affirmatiui obligantis pro loco & tempore. Hac autem conclusio de fide est adeo ut contraria heretica sit; quam probat illud ad Romanos, 10. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Et illud Matth. 10. Omnis qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui in caelis est: qui autem negaverit me coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo, qui in caelis est. Lucae, 9. Qui me erubuerit, & meos sermones, hunc filius hominis erubescet cum venerit in maiestate sua. Idem tradit Beatus Augustinus super Ioan. c. 18. tract. 113. & alij quos paulo post citabimus.

Hinc colligitur vel ex hoc solo capite, hereticos iudicari potuisse Helesaitas, sine Helesaitas, qui affirmabat Christum in cornentis seu in necessitate, ore negari posse sine peccato, dummodo corde crederetur. ut referunt Eusebius lib. 6. Historiæ ecclesiasticæ c. 31. & Nicephorus lib. 5. c. 24. & Breviarium Romanum in vita Fabiani Pape: quam heresim refert etiam Eymericus infra p. 2. q. 10. vers. septima heresis est.

Hæc ita positis, observandum est, vltimus discretus inter precepta negativa & affirmatiua, nam illa semper & ubique obligant, & ad semper, ut non esse occidendum, non esse Deum negandam, & similia hæc vero, nempe affirmatiua, semper quidem obligant, sed non ad semper, sed pro certis locis atque temporibus. Preceptum igitur confitendi, fidei per actum exteriorem cum sit affirmatiui, non obligat pro quavis temporis differentiâ, sed ut hoc loco scribit Eymericus ex Beato Thoma pro loco & c. p. 2. q. 10. quando scilicet per omissionem huius confessionis subtraheretur honor debitus Deo, vel etiam utilitas proximis impendenda, ergo his cessantibus non erit necessarium confiteri, sed & verbis & factis poterit omitti fidei confessio exterior.

Ceterum ut hæc intelligantur apertius, notanda est doctrina Caietani 2. 2. q. 4. art. 2. que & vera est, & communiter recepta, scilicet, aliud esse fidem propriam occultare, aliud vero alienam profiteri, nam fidem propriam occultare, cum nec honor Dei, nec utilitas proximi contrarium possit ulat, multis modis licet, c. clericus, de vita & honest. cleri, profiteri autem alienam fidem, vel negare propriam, dicendo serio se non esse Christianum, vel utendo habitu proprio infidelium, præsertim eo, qui in honore idolorum & scilicet sui institutus est, nullo pacto licet; quoniam hoc suapte natura malum est, quod nusquam licet admittere, cum hæc si fieri non possint, sine professione cultus illius, quem infideles retinent,

ita scribit, & vere Caietanus apud S. Thomam 2. 2. q. 2. ar. 2. & Siluester in Sum. verbo fide, q. 2. nu. 8.

Ex his refellitur opinio Hugonis Archiepiscopi, Joannis Fautuz, & aliorum in c. ut ilem, 2. 2. q. 2. quos sequitur Gemianus in c. non in quemquam, 2. 2. q. 1. & Iason in l. si mox, nu. 4. ff. sol. mat. ubi asserunt excusari forte catholicum, si promitteret hereticis verbi gratia Patrem, se eorum sectam secturum, ut ea cognita, eandem posset confutari, quoniam hoc sua natura malum est, neque exempla quibus utuntur, eis ullo pacto suffragantur, cum neque Iehu 4. Reg. c. 10. idolis Baal sacrificauerit, licet uelle sacrificare sinxerit, ut perfidos sacerdotes interficeret, neque Dauid errorem aliquem, aliene secte fuerit professus, lib. 1. Reg. c. 21. sed solam stultitiam simulauerit coram Rege Achis. Atque hæc breuiter dixisse sit satis, quantum ad primam disputationis partem attinet.

Sed iam alterum susceptæ tractationis caput absoluiamus: numquid scilicet is sit putandus hereticus, aut de heresi suspectus, vel nullo modo suspectus, qui quo tempore fidem fateri obligatur, eam abnegat, & uerbis seu factis aliquid hereticale committit, ut si uerbi gratia à Turcis quis captus metu mortis abneget Christum, & Mahometem uerum esse prophetam cõfiteatur: aut ad illius Meschitam thus offert: aut à Lutheranis interceptus compellatur Pape potestatem diffiteri, nullumque imaginibus honorem exhibere, immo eas conculcare, aut delere cogatur.

Ac primum quidem obseruandum est, duplicem esse coactionem, uiam absolutam, quam recte insuperabilem uocare possumus: alteram, uero conditionalem, ut docet gloss. communiter recepta in cap. ad eius, in uerbo, in uita, dist. 6. & in cap. si quandoque, in uerbo, erroris, 15. q. 3. & Albertinus tract. de agnos. assertionibus, quest. 30. num. 7. quibus positis, dico plurimum referre, an facta heretica committantur coactione absoluta & insuperabili, ut si quis ligatus & penitus renitens cogatur non per se, sed per alios genuas Mahometi stultitiam, aut circumcidi, aut aliquid huiusmodi horrendum patiare, quod iam hic nullum adesset peccatum, cum nulla eius interueniat uoluntas, scilicet eius enim actus malus peccatum est, quatenus uoluntarius est, unde in cap. maiores, extra de baptis. & eius effectus, dist. ult. circa finem scribitur ita: Sicut nec ille notam alicuius reatus incurrit, qui contradicens penitus & reclamans, thurificare idolis cogitur violenter, hæc ibi. Atque de hoc genere coactionis uidetur accipiendum illud lib. 2. Machab. c. 6. ubi cum esset sermo de usque Iudeis inferebatur iussu Antiochi dicitur ita: Ducebantur autem cum amara necessitate in die natalis regis ad sacrificia, & cum Libero sacra celebrabantur, cogebantur hedera coram nati Libero circue, hæc ibi. De eodem quoque coactionis modo loqui uidetur eccilium Ancyranum c. 3. quod paulo post referam. An uero committantur coactione mixta seu conditionali, ut si quis pro euitanda morte aliquod factum hereticale commiserit, ut in predictis exemplis constat, nam hic proculdubio mortale peccatum committitur, & potius moriendum est, quam id perpetrandum, ut in super-

An sit hereticus qui metu compulsus aliquid hereticale committit.

tract. de agnos. assertionibus, quest. 30. num. 7. quibus positis, dico plurimum referre, an facta heretica committantur coactione absoluta & insuperabili, ut si quis ligatus & penitus renitens cogatur non per se, sed per alios genuas Mahometi stultitiam, aut circumcidi, aut aliquid huiusmodi horrendum patiare, quod iam hic nullum adesset peccatum, cum nulla eius interueniat uoluntas, scilicet eius enim actus malus peccatum est, quatenus uoluntarius est, unde in cap. maiores, extra de baptis. & eius effectus, dist. ult. circa finem scribitur ita: Sicut nec ille notam alicuius reatus incurrit, qui contradicens penitus & reclamans, thurificare idolis cogitur violenter, hæc ibi. Atque de hoc genere coactionis uidetur accipiendum illud lib. 2. Machab. c. 6. ubi cum esset sermo de usque Iudeis inferebatur iussu Antiochi dicitur ita: Ducebantur autem cum amara necessitate in die natalis regis ad sacrificia, & cum Libero sacra celebrabantur, cogebantur hedera coram nati Libero circue, hæc ibi. De eodem quoque coactionis modo loqui uidetur eccilium Ancyranum c. 3. quod paulo post referam. An uero committantur coactione mixta seu conditionali, ut si quis pro euitanda morte aliquod factum hereticale commiserit, ut in predictis exemplis constat, nam hic proculdubio mortale peccatum committitur, & potius moriendum est, quam id perpetrandum, ut in super-

tract. de agnos. assertionibus, quest. 30. num. 7. quibus positis, dico plurimum referre, an facta heretica committantur coactione absoluta & insuperabili, ut si quis ligatus & penitus renitens cogatur non per se, sed per alios genuas Mahometi stultitiam, aut circumcidi, aut aliquid huiusmodi horrendum patiare, quod iam hic nullum adesset peccatum, cum nulla eius interueniat uoluntas, scilicet eius enim actus malus peccatum est, quatenus uoluntarius est, unde in cap. maiores, extra de baptis. & eius effectus, dist. ult. circa finem scribitur ita: Sicut nec ille notam alicuius reatus incurrit, qui contradicens penitus & reclamans, thurificare idolis cogitur violenter, hæc ibi. Atque de hoc genere coactionis uidetur accipiendum illud lib. 2. Machab. c. 6. ubi cum esset sermo de usque Iudeis inferebatur iussu Antiochi dicitur ita: Ducebantur autem cum amara necessitate in die natalis regis ad sacrificia, & cum Libero sacra celebrabantur, cogebantur hedera coram nati Libero circue, hæc ibi. De eodem quoque coactionis modo loqui uidetur eccilium Ancyranum c. 3. quod paulo post referam. An uero committantur coactione mixta seu conditionali, ut si quis pro euitanda morte aliquod factum hereticale commiserit, ut in predictis exemplis constat, nam hic proculdubio mortale peccatum committitur, & potius moriendum est, quam id perpetrandum, ut in super-



rioribus ostendimus, & tradunt glossa & Doctores prae citatis locis.

Rursus animadvertendum est huius quaestiones difficultatem totam in hoc consistere, an is metus, quo quis compellitur ad facta vel dicta haeretica (quo absente talia committerent esset haeticus vel saltem de haeresi suspectus) excuset hominem & ab haeresi & ab omni haereticis suspicione. & Albertinus tract. de agnos. assertio. quae st. 50. nu. 6. ab here si excusandum dicit. eum sequitur Simancas de ca. lbo. in situ. tit. 17. nu. 19. & seq. quoniam satis est manifestum, hos inuoluntarios haec mala patrare, licet moriendo possent euitare: sed quoniam mori magnum est vitae opus, & valde difficile, ideo elegerunt potius vitam cum peccato, quam mortem cum gloria. At quia non videtur aperte eorum voluntas in haec consentire, cum inuiti quodammodo metu suppliciorum aut mortis trahantur; ideo ab haeresi excusantur: haeresis enim nunquam perficitur, nisi per praesens consensus accedat, nec haeresis consistit in dictis aut factis, sed intellectu & voluntate, unde amplius consequitur, ut nec praesens haeticorum affici debeat, qui metu lapsus est. Simancas de catho. iustitu. tit. 17. num. 36. Albertinus in repet. rubr. de haeret. lib. 6. q. 13. nu. 67. & seq. Conradus Brunus lib. 1. c. 4. de haeticis, qui licet nominatim non dicantur tales coactos penas haeticorum effugere, sed tamen aperte sentiunt, dum non esse haeticos audacter asserunt. atque huic sententiae eo libentius subscribo, quod apertius video humanae nostrae naturae fragilitatem, quae facile incommoda, quaeque timens, mala quaeque grauisissima committit.

Monet tamen Simancas praefato loco, nu. 37. ad hoc ut verisimile sit, eum, qui facta vel dicta haeretica admisit, non consensisse, nec haeticum, vel apostatam fuisse, oportere ut delect, & metu cessante statim conuertatur, & poeniteat; alioquin si diu tacuit, nec reclamauit, ratum habuisse videtur turpem & haeticalem actum.

De coactis, eorumque immunitate, & receptione ad sacram Ecclesiae communionem elegans extat decretum in vetustissimo concilio Ancyrano. ca. 3. cuius fructu nolui lectorem carere, ita autem habet: Qui fugientes timore persecutionis, comprehensi sunt, vel a familiaribus, seu a domesticis traditi, vel bona propria amiserunt, vel sustinuerunt tormenta, vel etiam carceribus inclusi sunt, & tamen proclamauerunt se esse Christianos: quin etiam perseuerante violentia, ad id usque perduci sunt, ut manus eorum apprehensas & violenter attractas, super sacrificia imponerent, illis scilicet perseuerantibus in fide, & Christianos se esse vociferantibus: hoc ergo quod eis inuitis, alijs cogentibus contingit, si luctu & dolore animi acerbè se ferre demonstrant, ipsique humili per bonam conuersatione habitu incedentes, dolere se id quod inuiti coacti sunt, doceant, hos tamquam inculpato a communione non vetari. Si autem iam prohibiti sunt ab aliquibus a communione maioris diligentiae & inquisitionis causa, aut per aliquorum ignorantiam, statim recipi oportet. haec tamen ibi. Videtur autem, ut praedixi hic locus accipiendus de primo genere coactionis, quam

A paulo antea absolutam siue insuperabilem uocamus, in quibus propterea conciliu post factum commissum etiam absoluta coactione humilem poenitentiam postulat, quia initio metu persecutionis fugientes deliquisse uidebantur, ut agnoscas antiquam, & seueram Patrum disciplinam in his, quae circa fidem committentur.

Illis autem, qui non penitus coacti recesserunt, grauiorem poenam imponit idem concilium Ancyranum c. 4. in haec uerba: De his qui sacrificare coacti sunt, insuper in templis idolorum conauerunt si qui eorum cum habitu cultiori ad templum perducti sunt, atque ibi pretiosiori veste adhuc mutata, eam participes facti sunt idolorum, indifferenter fumentes omnia, quae fuerunt apposta: placuit eos inter audientes uno anno constitui, tribus autem alijs annis agere poenitentiam, sed ex ipso terminio per biennium tantum modo orationi communicare, tertio autem anno reconciliari sacramentis. haec tamen ibi. & concordat concilium Arelatense II. c. 11. uerba autem illa: Placuit eos inter audientes constitui, hoc significat, ut uelut catechumeni tractentur, ac in rebus fidei per sacerdotes instruantur.

Sed haec quidem omnia, hos ita coactos non fuisse haeticos demonstrant: num autem haeresis suspicio aliqua corroboratur, & qualis ea sit, a nostris non est perfecte iudicatum, nec potest certa regula definitur, nec tamè admonet Gerson tract. de proestat. considerat. 12. tales habendos esse suspectos de haeresi uel idolatria, uehementer uel leuiter; secundum quod pluries, cause suspensionum aggravantes aut minuentes concurrunt: itaque personarum & metus rationem esse habendum puto; nam si metus grauis est, & qui uirum constantem commouere possit, plane haeresis suspicionem uel excludit, uel minuit, dummodo cessante metu conuertatur & ingemiscat qui deliquit; si autem metus leuis erat, aut non metus mortis, sed leuis suspensionis, carceris, famis, & similibus, quae nec uitam adimere, nec membrorum mutilationem afferre suo genere poterant, & persona grauis erat, & causam fidei probe intellegendis, quales sunt Episcopi, Clerici, Monachi, Theologi, Nobiles: & similes, si succumbant, non effugiunt saltem uehementem haeresis suspensionem: nam indicare uidentur se in fide languere, & parum ei tribuere, dum ob leuem causam ei renunciant, & interius in corde non obscure presumuntur fidem deseruisse, & contrarium errorem approbasse, postquam leui periculo uicti succubuerunt. non ita de feminis, puellis, pueris, aut similibus sentiendum, quos minor metus facilius auertit.

Ergo qui post lapsum statim reuertuntur, recipiendi sunt benigne, & mitissime tractandi, & si in eis nulla haeresis, aut haeresis suspicio orta fuerit nulla poenitentia haeticis aut suspectis conuersis imponi consueua, qualis est abiuratio, aut canonica purgatio, in iugeda erit, sed alie pro modo culpa & qualitate personae, admonebunturque sua ignaue & turpitudinis, cum elegerint peccare potius quam Deo obedire: his quales poenitentiae olim iniungerentur, decreta concilij Ancyranum & Arelatensis paulo antea relata demonstrant.

Qui

Q V A E S T I O X.

Disputandum ne sit publice de fide.

S V M M A R I V M.

- 1 In disputatione de fide duo consideranda.
- 2 Disputatio de fide quando cum vitio fiat, & quando cum laude.
- 3 Coram sapientibus & firmis in fide tutum est disputare.
- 4 Quo casu coram simplicibus disputandum de fide sit.
- 5 Et quando ab huiusmodi disputatione abstinendum.
- 6 Clericis concessa est, & vetita laicis disputatione de fide.

+ vide Ricardus 2. 1. tract. 7. res. 2. 1. de Reg. Principum



ECIMA^a quaestio est, Vtrum^b de fide liceat publice disputare?

1 Ad hanc respondemus iuxta mentem S. Tho. 2. 2. q. 10. ar. 7. quod in disputatione fidei duo sunt consideranda. Vnum quidem ex parte disputantis: aliud autem ex parte audientium.

2 Ex parte quidem disputantis est consideranda intentio. Si enim disputet tanquam de fide dubitans, & veritatem fidei pro certo non supponens, sed argumētis experiri intendēs, proculdubio peccat tanquā dubius in fide, & infidelis. Si autem disputet aliquis de fide ad confutandū errores: vel etiam ad exercitium, laudabile est.

3 Ex parte vero audientium considerandū est, vtrum illi qui disputationem audiunt, sint instructi & firmi in fide, an simplices, & in fide titubantes: & quidem coram sapientibus in fide firmis nullum periculum est disputare de fide: Si coram simplicibus, est distinguendum; quia aut sunt solliciti siue pulsati ab infidelibus, puta Iudaeis, vel haereticis, aut paganis nitentibus, in eis corrumpere fidem aut omnino non sunt solliciti super hoc, sicut in terris, in quibus non sunt aliqui infideles.

4 In primo casu necessarium est publice disputare de fide dummodo inveniatur aliqui ad hoc sufficientes & idonei, qui errores confutare possint. Per hoc. n. simplices in fide confirmabuntur, & tollitur infidelibus decipiendi facultas: & ipsa taciturnitas eorū, qui resistere deberent puertentibus fidei veritatem, esset erroris confirmatio. Vnde Gregorius in 2. pastoralis. Sicut in cauta locutio in errore, prahit, ita indiscretū silentiū eos qui eruditi poterant, in errore derelinqt.

5 In secundo vero casu periculosum est, publice disputare de fide coram simplicibus, quorum fides ex hoc est firmior, quia nihil diuersum audierunt ab eo quod credunt. Et ideo non expedit eis, vt verba infidelium audiant disputantium contra fidem. Non enim debemus disputare de his, quae sunt fidei, quasi de eis dubitemus: sed propter veritatem manifestandam, & errores confutandos. Oportet enim ad fidei confirmationem aliquando cum infidelibus di-

† Apud Thomam ita; sed circa simplices, &c. † al. intendētibus.

† Secundae partis cap. 4.

E 3 sputare

Qui autem aut tarde reuertuntur, aut leui timore victi succubuerunt, praesertim si prelati sint, Clerici, Monachi, vel Theologi, grauius puniendi sunt, & ad abiurationem compellendi propter heresis suspicionem quam merito contraxerunt.

Neque his aduersatur Emerici doctrina par. 2. q. 41. num. 7. & q. 49. m. 5. qui videtur iudicasse velle eos, qui metu mortis fidem abnegant inter hereticos esse computandos: quonia in illis locis diximus, illa intelligenda sunt concurrere, quae paulo antea memorauimus.

b Quando scilicet per omissionem huius confessionis subtraheretur honor debitus Deo, & etiam vtilitas proximis impendenda, &c.] Ad hunc locum comprobandum omnino reuocandū est ad memoriam, singulare illud & omni imitatione, & recordatione dignissimum Eleazari exemplum, lib. 2. Machab. c. 6. qui cum duceretur ad supplicium propterea quod nollet contra legis praecipuum carnem porcinam manducare, & illi qui astabant iniqua commiseratione commoti, tollentes eum secreto rogarēt offerri carnes quibus vesci ei licebat, vt simularetur manducasse, sicut tyrannus imperauerat de sacrificij carnibus vt hoc factō a morte liberaretur: at ille sanctus, & grauis senex constanter respondit in haec verba. Nō enim aetati nostrae dignū est fingere: vt multi adolecentes arbitantes Eleazarū nonaginta annorū transisse ad vitam alienigenarū, & ipsi propter meam simulationem, & propter modicū corruptibilis vitae tēpus decipiantur, & per hoc maculā atque execrationem meae senectutis conquiram: nam etsi in praesenti tempore supplicij hominum eripiar, sed manū omnipotentis nec viuus, nec defunctus effugiā. Quamobrē fortiter vita excedēdo, senectute quidem dignus apparebo, adolēcentibus autem exemplum forte relinquam, si prompto animo ac fortiter pro grauissimis, ac sanctissimis legibus honesta morte perfungar. haec enim ibi. itaq; ad supplicium ductus, gloriosa morte occubuit. Ex quibus fit consequens, quod cum honor Deo debitus, aut vtilitas proximorum id postulat, de necessitate salutis est fidem profiteri, Eleazari & multorū aliorū sanctorū exemplo, quos breuitatis gratia cōsulto omittimus.

c Si autem turbatio infidelium oriatur de confessione fidei manifesta, &c. non est laudabile in tali casu fidem publice profiteri.] Sed hoc videtur refragari praecceptoris nostri legi iubenti, vt doceamus omnes gentes & praedicemus Euangelium omni creaturae. Sed non est ita, tamen est enim omnis bus sit praedicandum, non tamen temere id est facienda quoties fides nostra deluderetur, & nulla vtilitas inde speraretur, vt optime hoc loco docet auctor ex Beato Thoma; praesertim cum de hac re disserens Dominus noster precipiat ne margaritas projiciamus ante porcos, hoc est, ne Euangelium & veritatis thesauros proponamus illis temere qui aspernaturi sunt eorum valorem.

serbum Dei uando praedicandum.

sputare, quodque quidem defendendo fidem, secundum illud 1. Petri 3. Parati semper ad fatid factionem omni poscenti vos rationem de ea, quae in vobis est spe, & fide: Quoadque autem etiam ad conuincendos errantes: secundum illud ad Titum 1. Ut sit potens exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt arguere. Et act. 9. dicitur, quod Saulus inualefcebat & confundebar Iudaeos, & quod loquebatur Gentibus, & disputabat cum Graecis.

6 Vnde talibus de causis disputare de fide clericis literatis licet, laicis autem, & praesertim illiteratis non licet. Et ideo Alexander quartus imposuit poenam laicis de fide catholica disputantibus publice vel priuatim. Vnde lib. 6. extra de heret. c. quicumque. §. in hibemus, dicit sic, Inhibemus quoque ne cuiquam laicae personae liceat publice vel priuatim de fide catholica disputare; qui vero contra fecerit, excommunicationis laqueo innodetur.

COMMENT. XXV.

Tota haec questio continetur his septem axiomatis.

Primum est: Disputare de fide de ea dubitando, peccatum est infidelitatis.

Alterum est: Disputare de fide ad eam confirmandam, & ad hereses ei oppositas refutandas, laudabile est.

Tertium est: Disputare de fide ad exercitationem ut videlicet disputando veritas intelligatur, laudabile quoque est.

Quartum est: Nullum est periculum disputare de fide coram sapientibus in fide firmis.

Quintum est: Necessarium est disputare de fide coram simplicibus & idiotis, quoties corrupti sunt in fide, aut deprauati ab hereticis.

Sextum est: Non est disputandum coram simplicibus, de rebus fidei, quoties illi non sunt in fide firmi aut titubantes.

Ultimum est, Clericis licet de fide disputare, laicis vero non licet.

Vtrum de fide liceat publice disputare.] Haec questio materiam continet valde vtilem, & nostris etiam temporibus frequentem, & propterea cognitu necessariam. In ea more nostro, ommissis ceteris, illa tantum commemorabimus, quae in situ auctoris aptantur, cetera, quae vel inutilia sunt, vel nimis superflua, libenter omittemus.

De hac materia plene scribit Beatus Thomas, & ibidem Caietanus 2. 2. q. 10. art. 7. glossa & Doctores in c. quicumque, §. in hibemus, de heret. lib. 6. Innocen. in c. dānamus, de sum. trin. & fide catho. glos. & Doctores in c. nos ad fidem. 96. dist. Albertinus tract. de agnos. assertio. q. 17. Reptorium Inquisitorum, verbo, disputare. Simacas de catho. inst. tit. 20. idem in Enchyridio violatae religionis, tit. 3. Silvester in sum. verbo, disputatio. §. 1. & 2. eleganter & eruditè Conradus Brutus lib. 3. de heret. c. 12. 13. & 14. & lib. 5. c. 4. & lib. 6. c. 8. & alij alijs locis, & quamquam illi rem

A fufe tractens, cum a mihi videntur ad haec Emerici axiomata posse reduci, in quibus docet quid sit ex parte disputantium; item ex parte audientium singulariter considerandum, quae nos suis locis opportunè declarabimus, dummodo hoc premonuerimus, posse quamlibet fidei disputationem iniri aut cum hereticis, aut cum catholicis, de quibus singularis differemus.

c. Si enim disputet tanquam de fide dubitans, &c.] In hoc primum axioma peccatum in primis omnes hereticos, qui disputant ad tuendam, & constituendam fidem, sed quae certa sunt in dubium reuocantes, compellunt dicere iuxta animi sui desiderium. Habet locum hoc axioma tunc potissimum, cum iam definita per Ecclesiam in dubium reuocantur, de quo loquitur I. nemo. C. de sum. tri. & fide catho. qui vero ita disputant, heretici iudicandi sunt, quoniam dubius in fide infidelis est. c. dubius. de heret. & tradit eleganter Beatus Augustinus lib. 2. de baptismo contra Donatistas, ca. 3. & refertur in c. quis nesciat. dist. 9. Hoc enim primum in disputatione de fide cauendum est, ne de his suscipiatur, quae iam definita sunt ab Ecclesia, talis enim disputatio penitus illicita est, sicut licita erat priusquam definitur. Ita docet & vere Sichelus in Clem. 1. de summa trin. Antonius Butrius in c. cum Christus. de heret. & Albertinus tract. de agnos. assertio. q. 12. nu. 16. Si quid tamen obscurum in iam definitis continetur, de eo disputari poterit, ut ambiguum tollatur, & veritas clarior appareat. glossa, Archidiaconus, & Dominicus, in disto cap. quis nesciat. dist. 9.

d. Si autem disputet aliquis de fide ad confutandum errorem.] Hoc secundum axioma superiori aduersum est, nam quantum scelus est disputando fidem labefactare, tanta laus est disputando eam tueri, errores refutare, hereticos conuincere, ut vel inuiti & oborto collo cogantur vi argumentorum victi fateri Evangelicam veritatem. hoc proximus ab initio nascentis Ecclesiae aduersus hereticos praesertim Apostoli, obseruauerunt viri sancti Hieronymus, Augustinus, & ceteri, praesertantque quotidie viri pijs & catholici tum in concilijs generalibus, tum in priuatis ciuitatibus, & verbo & opere, cum editis libris non minus valide, quam verbis viuis loquendo hereses refutant, de quo illustre exemplum extat in I. quoniam. C. de episco. & cler. Hoc Paulus diuinus respiciens, ad Titum c. 1. dixit oportere episcopum doctum esse, & amplectentem, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, ut potens sit exhortari in doctrina sua, & eos qui contradicunt arguere.

E Sed cum haec disputatio publice cum hereticis suscipitur, multa concurrere debet, nempe ut a doctis suscipiatur, coram doctis peragatur, & ut necessaria ad eam rem obseruentur, causa, locus, & tempus, modus, & alij circumstantie, de quibus optime Conradus Brutus lib. 3. de heret. ca. 12. cum sequens nec enim temere suscipiende sunt cum hereticis contentiones, nam ut optime scripsit Tertullianus in libros de prescriptionibus hereticorum, ex disputatione cum hereticis suscepta, raro ipsi conuertuntur, immo audaciores & pertnaciores efficiuntur.

Non licet disputare de fide a finitimo ceteris

In ratione fcepti tholic obfer

Libri dicitur fide a furore

tur: firmi in fide fatigantur, infirmi capiunt, & medijs cum scrupulo dimittuntur. & Augustinus contra Manichæum lib. 12. cap. 12. optime mouit hereticos non amare disputationem, sed cum ad eam venerint, impudentissima pertinacia quoquomodo superare contendunt. postremo quales sint hereticorum fraudes, & quomodo subtilibus interdum fallacijs disputando simplices capiant, eleganter docuit idem Augustinus super Ioannem c. 1. tract. 1. circa finem, ubi scribit, qua fraude Manichæus induxit quendam fateri argumentando corporalia non à Deo, sed à diabolo fuisse creata.

c Vel etiam ad exercitium laudabile est. Terrium hoc axioma catholicos solum respicit, qui sepe de rebus fidei secum disputant, vel inter se intra priuatos parietes, vel publice in scholis. Ceteriam in hac disputatione, tamen si in bonum finem referatur, ea sunt obseruanda, que monuit Alfonso Casirus lib. 1. cap. 19. de iusta hereticor. punitione, videlicet, ne hereticis, scandalose, aut alijs eiusmodi propositiones causa exercitationis inquam defendantur, id quod vetuisse etiam videtur Leo decimus in Bulla incipiente, Exurge Domine. relata in Bullario litterarum Apostolicarum pro officio inquisitionis, cum sepe contingat homines rudiores persuadere sibi id posse defendi, quod publice in scholis videtur a viris doctis disputari. Ac ne illa quidem disputanda sunt, que propter subtilitatem & difficultatem populi audientis vires excedunt, qualia sunt multa de predestinatione, libero arbitrio, & similibus: in his enim rudes homines sepe difficultatem aduersi argumenti percipiunt, solutionem autem non facile capiunt, vt ait Caietanus secunda 2. quest. 10. artic. 7. inde discedunt dubij, & interdum euadunt heretici. Sed his incommodis facile occurrunt qui disputationibus presunt, aut publico munere funguntur, ne videlicet talia absque necessitate & incompetenter disputari permittant.

Illud postremo in his disputationibus catholicorum obseruandum est, ne quid irreligiosè dicatur, ne scommata aut diceria scurriliter proferantur, ne quid superbe ad inanem gloriam asseratur: sed omnia in unum finem dirigantur, vt veritas in obscuris, & Dei gloria potissimum queratur.

Iam que de vanis, incertis, & periculosis propositionibus non disputandis proxime docui, cum agitur de rebus diuinis, & ad fidem spectantibus: eadem intelligenda sunt & obseruanda ab alijs artium professoribus, veluti philosophis, medicis, & mathematicis; ab his enim occasione eius auctoris quem profitentur, nullo modo disputanda sunt que cum fide pugnat ea vel asserendo, vel in dubium reuocando, sed circa ea obseruandum est id quod cauit Leo decimus Pont. Max. in concilio Lateranensi sessio. 8. rescripto incipiente: Apostolici regiminis. Quod est in Bullario litterarum Apostolicarum pro officio sanctissime inquisitionis.

f Et quidem coram laicis in fide firmis nullum periculum est disputare de fide. Hoc quartum axioma illos respicit, quorum gratia suscipitur disputatio, siue coram quibus transgiguntur: nam si firmi in fide sint, tantum abest, vt

A vllum sit periculum, immo magis in fide confirmantur, cum per disputationem veritas magis elucescat, & diuinorum mysteriorum cognitio clarius pateat.

g In primo casu necessarium est publice disputare de fide. Hec quinta preceptio etiam ad audientes refertur: tunc enim necessarium est coram rudibus disputare, cum illi ab hereticis male persuasi sunt in his que ad fidem spectant, id quod sepe contingere docet rerum experientia: nam per hanc disputationem simplices in fide confirmantur, & hereticis precluditur omnis fallendi via. Verum in hac disputatione nonnulla etiam obseruanda sunt. Primum, vt per viros idoneos & litteratos transigatur, qui sint in Philosophia & Theologia probe versati, ut sciant aduersariorum rationes discutere, & refellere, & contrarias veritates optimis argumentis roborare, vt ait Caietanus 2. 2. quest. 10. artic. 7. neque enim ita est agendum vt in dubium reuocentur catholice veritates, sed vt firmissime statuatur, & aduersarij conuincantur, iuxta doctrinam traditam per Ioannem Imolensem in cap. damnamus. de summa Trinitate & fide catho. quam sequitur Alberti. de agnos. assert. q. 13. num. 21.

C Iam præter eruditionem illi etiam deligendi essent ad hoc munus subeundum, qui vita probati, in corruptis moribus, aut sanctitate conspicui essent, quibusque à populo multum tribuatur: nam illorum sermones efficaciores sunt ad persuadendum, quorum vita, dicta eorum comitatur. Difficiliter enim poterit litteratus rudibus labe hæresis infectis persuadere, simplicem fornicationem esse peccatum, si eum noscant meretricio turpem vitam ducere: nam cuius vita despicitur, consequens est, ut eius predicatio contemnatur, ut dicit Benedictus XI. in extrauagan. inter cunctas. §. Verum quia. tit. de priuilegijs inter communes. Denique is etiam esset ad congreiendum eligendus, qui nunquam de fide male sensisset, aut per Inquisitores fuisset vel inquisitus vel punitus: nam horum etiam sermones propter ueteris peccati recordationem inualidiores uidentur ad persuadendum.

h In secundo vero casu periculosum est publice disputare de fide coram simplicibus. Peultima hac preceptio etiam ad audientes refertur, quibus, si nullas hereses audierunt, nullarum est recordatio proponenda, ne instigante Satana, dicant dubitare de eo, quod antea firmiter credebant; quoniam ut paulo antea dicebamus, difficultates & obiectiones contra fidem melius à rudibus percipiuntur, quam intelligentur earundem difficultatum solutiones.

i Laicis autem, & præsertim illiteratis non licet. Postremum hoc axioma à quibus sit de fide disputandum, docet: nam clericis licet, laicis non licet quemadmodum & de predicando uerbo Dei iura disponunt. cap. cum ex iniuncto, & cap. sicut in uno. de hæret. & dixi plene infra par. 2. super cap. cum ex iniuncto.

Sed illud est hic inquirendum, an prohibeatur indistincte omnibus laicis de fide disputare? Ac iura quidem ubique inbibent indistincte laicis personis;

In disputatione de fide suscepta ad infirmos confirmandos, quid obseruandum.

Quo laicis sit prohibitum de fide disputare.

Non
ipsum
de
doct
finit
sui
clera
In di
tionibus
f
ceptis
ca
tholicis
quid
obseruanda
Ludo
dip
Elt
foma
1011
su
re
tis
Ja
bus
me
eq.
cis
us
pu
y
n-

ne publice vel privatim de fide disputare audeant. A
c. 3. s. inhibemus. de here. lib. 6. c. cum ex inuictio.
& c. sicut. de heret. l. nemo. C. de sum. trin.

Et Caietanus apud Beatum Thomam 2. 2. q. 10. artic. 7. occurubat huic dubitationi, dicens, ideo disputare de fide laicis prohiberi, quoniam ut plurimum laici sunt illiterati: leges autem de illis feruntur, quae communiter contingere solent. h. nam ad ea. ff. de legibus. si tamen reperirentur laici litterati possent de fide disputare, quotiens is casus occurreret, unde non prohibemur à praelatis quin laici de fide disputent.

Albertinus vero tract. de agnos. assert. q. 13. nu. 5. & seq. audebat assertit laicis indistincte prohiberi disputare de fide, non quia illiterati sunt, sed quia laici sunt, cum proprie & uere loquendo laicus is in iure dicatur, qui clericus non est, siue sit litteratus, siue illiteratus; & quemadmodum iura prohibent etiam laicis litteratis predicare, ut dixi supra par. 2. super dicto c. cum ex inuictio, ita etiam prohibent eisdem de fide catholica disputare, atque hac quidem sententia de iure uerior mihi uidetur.

Quot modis
suscipiuntur
disputationes
de fide.

Verum ut hac apertius intelligantur, sciendum est, bifariam suscipi posse disputationem de fide. Primo serio, vel cum haereticis, vel inter catholicos, ad discernendum aliquid, quod ad fidem pertineat, & hoc modo omnibus laicis inhibendum est disputare de fide: visum est enim has disputationes, de rebus sacris suscipiendas, per ecclesiasticas & sacras quoque personas esse transigendas; hinc uidemus in concilijs in quibus cause fidei tractantur, & multa prius disputatione precedenti examinantur, laicorum partes, aut nullas unquam, aut raras fuisse. indignum enim uidetur, presentibus Dei sacerdotibus, laicos de fide tractare, si tamen alicuius laici insignis esset eruditio (ut plerumque contingit) non esset tunc absurdum eum serio audire de fide disputantem, praesertim casu necessitatis, ut in partibus propinquis haereticorum terris, tunc enim laicus posset disputare, neque hac perirent communem legem inhibentem laicis ne predicent, cum sint casus singulares, & necessitas legem excludat. Secundo potest suscipi disputatio de fide, non serio, sed ficta, nempe honoris & exercitationis causa, qua ratione non est prohibendum laicis disputare, ut optime admonet Caietanus apud Thomam 2. 2. quaest. 10. art. 7.

Omnis disputatio de fide, tribus de causis suscipitur.

Ex omnibus supradictis haec summa colligitur, omnem de fide disputationem tribus de causis suscipi posse, aut ut simpliciores in veritate instruantur & confirmentur, impij vero conuicti reducantur, deceptique ab illis, ab erroribus liberentur. Secundo ut de uero scripturarum sensu disceptetur, non reuocando in dubium iam definita & sancita per Ecclesiam, sed dubia in eis reperia declarando. Tertio, ut controuersia dogmatum inter catholicos & haereticos componantur. Ex quibus duo postrema per maiores Ecclesiae iudices sunt absoluenta: primum uero per inferiores catholicos ecclesiasticos potest transigi, ubi ea sunt obseruanda quae erudite tradit Conradus Brunus lib. 3. de haeretic. cap. 12.

De probatione mysteriorum fidei per rationes.

S Y M M A R I V M.

- 1 Ex creaturis in Dei notitiam natura nos ducit.
- 2 He uere unitatem essentiae, non personarum, distinctionem ostendunt.
- 3 Fidei bifariam derogat qui naturali ratione eius mysteria probare conatur.
- 4 Probanda sunt ergo auctoritatibus, & c.
- 5 Nec trinitatis, nec Dominice incarnationis mysteria possunt naturali ratione demonstrari.
- 6 Qua arte & modo sit cum hostibus fidei disputandum.
- 7 Quae contra fidem opponuntur, uera esse nequeunt.
- 8 Rationes, quae à Sanctis afferuntur quales sunt.
- 9 Quod ab uno scitur, contingit ab alio credi. supra etiam nu. 7.
- 10 Rationes pro fide quomodo illius meritum non imminuant.

VND EC IMA questio est, Vtrum derogat fidei, & consequenter liceat fidei asserere, quod ad probandum mysterium Trinitatis, & cetera quae sunt fidei, possent adduci rationes naturales demonstratiuae necessariae, & cogentes?

Ad hanc respondemus iuxta mentem S. Thomae in diuersis eius dictis. Primo namque, in prima parte Summae, q. 32. ar. 1. dicit sic.

1 Respondet, quod impossibile est per rationem naturalem ad cognitionem Trinitatis diuinarum personarum peruenire. Ostensum est enim supra, quod homo per rationem naturalem in cognitionem Dei peruenire non potest, nisi ex creaturis: creaturae autem ducunt in cognitionem Dei sicut effectus in causam. Hoc igitur solum ratione naturali de Deo cognosci potest, quod competere ei necesse est secundum quod est omnium entium principium. Et hoc fundamento vsi sumus supra in consideratione Dei virtus autem causatiua Dei, est communis toti Trinitati, unde pertinet ad unitatem essentiae, non ad distinctionem personarum.

2 Per rationem igitur naturalem cognosci possunt de Deo ea, quae pertinent ad essentiam unitatem, non autem ea quae pertinent ad distinctionem personarum.

3 Qui autem nititur probare Trinitatem personarum ratione naturali, fidei dupliciter derogat. Primo quidem, quantum ad dignitatem ipsius fidei quae est, ut sit de rebus inuisibilibus, quae ratione humanam excedunt, unde dicit Apostolus ad Heb. 11. quod fides est de non apparentibus. Secundo, quantum ad utilitatem trahendi alios ad fidem. Cum enim aliquis ad probandum fidem inducit rationes, quae non sunt cogentes, cadit in irrisum in infidelium. Credunt enim quod huiusmodi

iusmodi rationibus inuitamur, & propter eas credamus quæ sunt fidei.

4 Ea igitur, quæ fidei sunt, tentanda non sunt probari, nisi per auctoritates his, qui auctoritates suscipiuntur, apud alios vero sufficit defendere non esse impossibile quod prædicat fides. Vnde Dionysius dicit 2. cap. de diuin. nomi. Si aliquis est, qui totaliter eloquijs resistit, longe erit a nostra philosophia: sed si ad ueritatem eloquiorum, scilicet sacrorum, respicit, hoc etiam nos ca-

lib. 1. non longe à principio. lib. 1. de fide cap. 5.

none utimur, vnde dicit Hilarius de trinit. Non putet homo intelligentia sua generationis sacramentum posse consequi. Ambrosius etiam dicit, Impossibile est generationis scire secretum: mens deficit, vox silet.

5 Et si non potest probari per rationem naturalem mysterium Trinitatis, consequenter nec possunt probari per rationem naturalem mysteria Filij Dei Patris: utpote, quod Dei Filius fuerit incarnatus, passus, mortuus, & sepultus: & sic de alijs Christi misterijs, & Ecclesie sacramentis: quæ sacramenta omnia fluxerunt a Dei Filio Domino Iesu Christo.

6 Secundo eadem parte, quæstio. 1. artic. 8. dicit sic: Sacra doctrina cum non habeat superiorum, disputat contra negantem sua principia, arguendo quidem si aduersarius aliquid concedit eorum, quæ per diuinam reuelationem habentur, sicut per auctoritates sacræ doctrinæ disputat contra hereticos, & per unum articulum contra negantes alium. Si vero aduersarius nihil concedit eorum, quæ diuinitus reuelantur, non remanet amplius uia ad probandum articulos fidei per rationem: sed ad soluendum rationes, si quas inducit contra fidem.

7 Cum enim fides infallibili ueritati innitatur, impossibile autem sit de uero demonstrari contrarium, manifestum est, probationes, quæ contra fidem inducuntur, non esse demonstrationes, sed solubilia et argumenta. Et infra eadem parte q. 2. artic. 2. in solutione 1. argumenti dicit sic. Deum esse, & alia huiusmodi, quæ per rationem naturalem nota possunt esse de Deo, ut dicitur Roma. 1. non sunt articuli fidei, sed præambula ad articulos. Sic enim fides præsupponit cognitionem naturalem, sicut gratia naturam, & ut perfectio perfectibilem, nihil tamen prohibet illud, quod per se demonstrabile & scibile est, ab aliquo accipi ut credibile, qui demonstrationem non capit.

8 Tertio 2. q. 1. arti. 5. in solutione secundi argumenti dicit sic, Dicendum, quod rationes, quæ inducuntur a sanctis ad probandum ea, quæ sunt fidei, non sunt demonstratiuæ, sed persuasiones quadam manifestantes non esse impossibile quod in fide proponitur, vel procedunt ex principijs fidei, scilicet ex auctoritatibus sacræ scripturæ: sicut Dionysius dicit 2. cap. de diuin. nomin. Ex his autem principijs ita probatur aliquid apud fideles, sicut etiam ex principijs naturaliter notis probatur aliquid apud omnes. Vnde etiam Theologia scientia est, ut in principio operis dictum est.

A 9 Et in solutione argum. 2. dicit: Ea quæ demonstratiue probari possunt inter credenda numerantur, non quia de ipsis sit simpliciter fides apud omnes, sed quia præxiguntur ad ea, quæ sunt fidei, & oportet ea saltem per fidem præsupponi ab his, qui eorum demonstrationem non habent. Et infra ead. parte q. 3. art. 10. in solutione 2. argumenti dicit sic, Dicendum, quod rationes, quæ inducuntur ad ea quæ sunt fidei, non sunt demonstrationes, quæ in uisionem intelligibilem intellectum humanum reducere possunt. Et ideo non desinunt esse non apparentia, sed remouent impedimenta fidei, ostendendo non esse impossibile quod in fide proponitur.

B 10 Vnde per tales rationes non diminuitur meritum fidei, nec ratio fidei, sed rationes demonstratiuæ inductæ ad ea, quæ sunt fidei præambula, non tamen ad articulos, & si diminuant rationem fidei, quia faciunt esse apparens illud, quod proponitur, non tamen diminuant rationem charitatis, per quam uoluntas est prompta ad illud credendum, etiam si non apparet. Et ideo non diminuitur ratio meriti. Ea etiam quæ reputantur fidei siue in consideratione hominis, siue in exteriori persecutione, in tantum augent meritum fidei, in quantum ostenditur uoluntas magis prompta & firma in fide. Et ideo martyres maius meritum fidei habuerunt non recedentes a fide propter persecutiones, & etiam sapientes maius meritum fidei habent non recedentes a fide propter rationes philosophorum, vel hereticorum contra fidem inductas: Sed ea quæ conueniunt fidei, non semper diminuant promptitudinem uoluntatis, ad credendum. Et ideo non semper diminuant meritum fidei.

Hæc quæ nunc sequuntur, & habet beatus Thomas 2. 2. q. 2. art. 10. ad 3. argum.

Q V A E S T I O XII.

De protestatione facta ab errante circa fidem.

S V M M A R I U M.

- 1 Credibilia in triplici sunt differentia.
- 2 Primi ordinis credibilia fidelis quisque nosse debet.
- 3 Minoribus quæ notitia de articulis fidei sufficiat.
- 4 Mediotres quænam scire oporteat.
- 5 Maiores plura scire tenentur, quam alij.
- 6 Quo maiorem gradum quis obtinet, eo plura sciat oportet.
- 7 Credibilia secundi ordinis, & quomodo hæc credere sit necessarium.
- 8 Ab omnibus credendum est uera esse quæcumque in sacris literis continentur.
- 9 Credibilia tertij ordinis, & de ijs quid oporteat credere simplices.
- 10 Quid Mediocres, ut Clericos, Curatos, Religiosos.
- 11 Quid Maiores, ut Inquisitores, & Episcopos.
- 12 Protestatio generalis non prodest neganti quæ scire tenetur.

lib. 1. non longe à principio. lib. 1. de fide cap. 5.

13 Prodest autem neganti ea, quæ non tenentur explicitè credere.

14 Qui ab inquisitore satis instructus veniit veritatem catholicam amplecti, sua protestatione non adiuvatur.

15 Cauti sint inquisitores, & perspicaces in dignoscendis hereticorum fallacijs.

VODECIMA quæstio est, Vtrum asserens & protestans, quod credit omne illud quod credit & profitetur sancta mater Ecclesia; negat tamè explicite aliquem fidei articulum, seu aliud ad fidem pertinens; an talis protestatio generalis ei sufficiat ad salutem, & adiuet protestantem.

Ad hanc respondemus iuxta mentem S. Thomæ in 3. sententiarum dist. 25. & in 2. q. 1. & 2. in pluribus locis, quod credibilia sunt in triplici differetia. Primo namque sunt quædam, quæ per se, & directè sunt credibilia: ut pote, quia sunt totius nostræ fidei Christianæ principia prima, & fundamenta, & ista sunt articuli fidei, quæ sunt totius nostræ credentis rudimenta.

2 Et hæc tenetur quilibet fidelis credere explicitè in genere tamen, ut scilicet credat quod omnes articuli in generali, et quilibet in speciali sint veri & nullus eorum est falsus. Explicite autem articulum vnum ab alio scire distinguere, & quemlibet singillatim & distinctè explicite credere non tenetur omnis, sed quilibet secundum magis & minus, prout congruit eius statui & officio, cui præest, & in quo est.

3 Nam minores inferiores, etiam simplices, ut communes laici tenentur ad credendum explicite Christi humanitatis mysteria: quæ sunt uia pertingendi ad beatitudinem, & salutem: Quia ut dicitur Act. 4. Non est aliud nomen sub cælo, nisi Christi, datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri: propter quod tenentur explicite credere Christi mysteria, præsertim illa, de quibus solennizat Ecclesia; ut pote, quod Dei filius fuit conceptus de Spiritu sancto, in Maria semper virgine incarnatus, quod fuit de virgine natus, quod fuit passus, mortuus, & sepultus, quod descendit ad inferos, quod resurrexit tertia die, quod ascendit ad cælum, & quod ad iudicium est venturus. Et cum non possit credi explicite, quod Dei Patris Filius fuerit de Spiritu sancto incarnatus, absque credentia Dei Patris, Dei Filij, & Dei Spiritus sancti, & per consequens Trinitatis: ideo omnes, etiam simplices, tenentur credere explicite Trinitatis mysterium, hoc est, quod sunt tres personæ diuinæ, Pater & Filius, & Spiritus sanctus. Vnde Matth. ult. Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti: Et de huiusmodi explicita credentia Trinitatis, examinatur quilibet in baptismo. Inter laicos etiam simplices est gradus assignare, quia ad amplius credendum tenentur tamen laici literati, quam illiterati.

† al. perueniendi.

A Et inter illiteratos ad ampliora credenda tenentur illi, quorum auribus Dei verbum in Ecclesia quotidie prædicatur, quam rustici, qui rarius audiunt verbum Dei, sed omnes tenentur ad articulos humanitatis, & etiam Trinitatis.

4 Mediores vero, ut clerici, & curati, ac omnes religiosi, quorum est verbo, vel facto de credendis, & agendis simplices erudire, tenentur ad explicitam credentiam cuiuslibet articuli singillatim, et ad aliqualem articulorum declarationem, & ad credentiam extensorem: non æqualiter tamen, sed secundum magis & minus, prout congruit eorum officio, cui præsent. Nam ad plus tenentur clerici curati, quam non curati: & ad plus religiosi quibus incumbit ex officio verbum Dei clero & populo prædicare, & confessiones audire, quam religiosi, quibus hoc non incumbit. Quare subtilitates & consideraciones circa mysteria Christi incarnationis, & passionis & huiusmodi, tenentur mediocres magis & minus explicite credere, secundum quod conuenit statui vniuscuiusque.

5 Maiores autem, utpote Prælati Ecclesiæ, & Rectores, Magistri sacre Theologiæ, & Doctores, quorum est mediocres per se, & eis medianibus, minores & simplices erudire. Sicut Angeli primæ hierarchiæ, & his medianibus, illos terræ & inferiores illuminare, ut dicit Dionysius 12. de cælesti hierarchia: Isti enim superiores in Ecclesia, & maiores magis expressam fidem & cognitionem tenentur habere de omnibus & singulis fidei articulis, & Ecclesiæ sacramentis, & eorum declarationibus, & expositionibus ac fidei subtilitatibus. Vnde 1. Petri. 3. Parati semper ad satisfactionem omni poscenti uos rationem de ea, quæ in uobis est spe. Non æqualiter tamen.

6 Nam ad plus tenentur Pontifices, quam Abates, cum sint superiores, & ad plus prauitatis hæreticæ Inquisitores, quam Magistri & Doctores, cum sint fidei iudices: & plus quam omnes, summus Pontifex: ad quem pertinet ea quæ sunt fidei sententialiter determinare inconculsa fides, & ad quem sunt maiores & difficiliore quæstiones fidei & Ecclesiæ deducendæ ut habetur in decretis dist. 44. † Vnde Dominus dicit Petro, ut patet Luca 22. quem summum Pontificem constituit, Ego pro te rogavi Petre, ut non deficiat fides tua; & tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos.

7 Secundo sunt quædam credibilia, quæ directè, & per se non sunt credibilia, sed potius indirectè, quia ad eorum negationem et corruptionem sequitur negatio & corruptio fidei articulorum omnium, ut sunt illa alia a fidei articulis, quæ in sacra scriptura, hoc est in libris canonicis, seu in Biblia continentur: cum ab Ecclesia approbentur: De quibus dicit Augustinus † ad Hieronymum: Solum, inquit, eis libris, qui canonici appellantur, didici hunc honorem deferre, ut nullum auctorem eorum scribendo errasse aliquid firmissime credam: alios autem ita lego, ut licet sanctitate polleant, non ideo uerum

† lib. 6. † Ioan. de uer.

† Non. tur. cap. 24. c. 1. tra de h. & eius. c. u.

† Vide. data. Aug. ex. Hieron. refer. E. refer. In Cler. dand. hoc. cum. Al. Ep. mul. sis. refer. Eym.

rum putem, quia ipsi ita scripserunt. Et ista credibilia, quae ita continentur in sacra scriptura, a fidei articulis alia: ut pote, quod Abraham duos filios habuit: vel, quod Ioseph Iponus Mariae fuerit, & similia, non tenetur quilibet explicitè credere talia sigillatim, sed solum tenetur credere implicite in preparatione animi, ut sit paratus credere quicquid in diuina scriptura continetur: attamen tuac tenetur quilibet explicitè credere, quando ei constiterit, quod in diuina scriptura talia continentur; & per illum vel illos, ad quem vel quos pertinet, deducum fuerit coram eo.

8 Vnde quilibet tenetur explicitè credere, quod omnia quae sunt in sacra scriptura, sunt vera: quia diuinitus reuelata. An autem ista vel illa in sacra scriptura contineantur (loquendo de alijs fidei articulis) tenentur isti vel illi, magis vel minus scire; & per consequens illa credere, prout eorum statui & officio congruit, ut de primis credibilibus fuit dictum.

9 Tertio sunt quaedam credibilia alia, quae nec sunt fidei rudimenta, nec clare ponuntur in dicta sacra scriptura, sed sunt per Ecclesiam ex illis aut istis deducta, ut fidei consona, ac determinata ut de fide credenda, ut pote quod Spiritus sanctus procedat a Patre & Filio vnica spiratione, & non duabus: & ab eis tanquam ab vno principio, non duobus: ut habetur de sum. Trini. & sid. catho. ca. fidei. Et quod Dominus Iesus habuit aliqua cum Apostolis in communi: ut in extrauaganti, Cum inter nonnullos. Et similia. Et huiusmodi credibilia per sanctam Ecclesiam determinata & approbata, ut fide tenenda, non tenentur minores explicitè credere: sed bene implicite, & in animi preparatione, ut credant omne id verum esse & fide tenendum, quod ut fide tenendum est per Dei Ecclesiam approbatum.

10 Mediocres autem, qui, ut praedicitur, habent simplices erudire, tenentur aliqua de huiusmodi credere explicitè; non tamen omnia talia credibilia singulariter, nec omnes aequaliter, sed secundum quod congruit eorum statuti, & eruditioni, qua habent simplices informare: Ut omnes tenentur explicitè credere, quod animae iustorum decedentium, qui non peccauerunt, ut paruulorum: vel si peccauerunt, hic vel in purgatorio plene satisfecerunt, euolauerunt ad caelos, extremo iudicio minime expectato: iuxta Ecclesiae determinationem, ut de fide factam, ut in extrauaganti Benedicti XI. quae incipit, Benedictus. Sed Curati & Religiosi, quibus incumbit ex officio praedicare: & confessiones audire, tenentur explicitè credere, quod usura est peccatum iuxta determinationem ut de fide factam, extra de usuris, Ex graui. Et similia.

11 Maiores autem, & praesertim Inquisitores haeretica prauitatis Pontifices, & maxime Pontifex summus, tenentur credere explicitè credibilia omnia talia, per Ecclesiam ut fide tenenda determinata, & approbata: cum eis incumbat

A ex officio, eos, qui huiusmodi de fide factas per Ecclesiam determinationes non admittunt, seu eis non credunt, vel contradicunt, punire, & sententialiter iudicare. Patet igitur de tribus credibilibus antedictis, & qui tenentur, vel non ad explicitam credentiam eorundem.

12 Nunc igitur ad quaestionem, de qua quaeritur, Respondemus, quod taliter asserens & protestans in genere, sed negans in specie, vel negat id, quod ipse explicitè tenetur credere, uel non. In primo casu talis protestatio generalis non ei sufficit ad salutem, nec adiuuat protestationem. Vnde si simplex laicus protestetur ut est dictum, negat tamen expresse Dei Filium esse in carnatum, vel passum, cum hoc teneatur explicitè credere, talis protestatio non iuuat eum. Eodem modo si Graecus protestetur, ut prius: negat tamen expresse & deliberate Spiritum sanctum procedere à Patre, & Filio, ut ab uno principio, & vnica spiratione: seu Dominum Iesum Christum, habuisse aliqua cum Apostolis in communi; talis protestatio non ei sufficit ad salutem, nec adiuuat protestationem: & praesertim si taliter protestans negat uocatus coram fidei iudice cum pertinacia: tunc enim negotium quam plurimum aggrauatur.

13 In secundo a vero casu, quando scilicet protestans taliter, ut est dictum, negat illud, quod explicitè credere non tenetur: dicimus quod si negat, non coram iudice fidei, seu si coram eo, antequam per eundem sit informatus, quod istud quod negat, sit contra fidem, paratus tamen credere, ut per eundem fidei iudicem fuerit informatus: in quolibet casu talis protestatio ei sufficit ad salutem, & adiuuat protestationem, & causa est, quia ad amplius non tenetur. Vnde Augustinus ad Glorium, & Eleusum, & habetur transumptiue 24. q. 3. Qui sententiam suam quamuis falsam, atque peruersam, nulla pertinaci animositate defendunt, praesertim quam non audacia suae praesumptionis pepere- runt, sed a seductis, atque in errorem lapsis parentibus acceperunt, quaerunt autem cauta sollicitudine ueritatem, corrigi parati cum inuenerint, nequaquam sunt inter haereticos deputandi.

14 Si autem negat coram iudice fidei, postquam est per eundem iudicialiter informatus, quod illud, quod negat, est contra fidem, & adhuc in tali negatione pertinaciter, & contumaciter perseuerat; talis protestatio generalis sic protestanti non sufficit ad salutem, nec adiuuat protestationem: immo reddit eundem haeticum pertinacem, quamdiu in negatione huiusmodi perseuerat iuxta c. Ad abolendam. §. praesentis, extra de haereticis. & iuxta c. Super quibusdam, extra de verbo. sign. Vnde August. contra Manicheos, & recitatur 24. q. 3. Qui in Ecclesia Christi morbidum aliquid paruumque sapiunt, si correpti, ut sanum rectumque sapiant, resistunt contumaciter, suaque pestifera & mortifera dogmata emendare nolunt, sed defensare persistunt, haeretici sunt. Tales enim haeticorum

† al. Curatus

† al. & pertinacia subsequatur. † al. similiter.

† Cap. Dixit Apostolus.

† Cap. qui in Ecclesia.

† lib. 6. † Ioan. xxii. de uerb. sign.

† Videto nota super hac extrauaganti, quam p. 2. capitulum refert Eymericus. In Clement. 9. in dand. hoc sing. Al. Episcopus malus si reser...

eorum protestationes, quo animo dicantur, prudenter est à fidei iudicibus indagandum: nam ut dicit Hieronimus in epistola ad Pammachium, frequenter heretici dum coguntur subscribere; ne de Ecclesia expellantur, suum errorem paliant fictis verbis, & ea temperant, & ordine vertunt, ut catholicam credantur tenere sententiam: & quam se tenere fictis verbis simulant, corde negant, & quod sermone coguntur dicere, mente damnant: etsi quando aperta blasphemia publice auribus fuerit reuelata & viderint contra se audientium turbam circumfremere; tunc simplicitate simulata dicunt audivisse se primum, & magistrum dicere nesciunt, cumque eorum scripta tenentur, voce negant, quod literis profiterentur.

15 Et ideo cum tenentes doctrinam hereticam protestantur, quod non intendunt dicere contra fidem, & Ecclesiam determinationem, non faciliter tali protestationi est standum; sed subtiliter inquirendum, ne hereticorum decipiat disciplina, quoniam frequenter reperiuntur est, quod asserunt fidem esse, quod ipsi credunt, & suam sectam dicunt Ecclesiam, ut dicit Augustinus contra Donatum. Unde cum catholicus audit fidem & Ecclesiam, intelligit fidem catholicam, & Ecclesiam Romanam, hereticus vero intendit fidem, suam heresim; & Ecclesiam, suam sectam: contra quam dicere non intendit.

COMMENT. XXVI.

O Missa questione XI. In qua nulla occurrit difficultas ad institutum nostrum spectans, cum eius materia Theologorum sit propria, quam disputant lib. 1. sentent. distinct. 3. & Scotus quodlibet 14. & Beatus Thom. lib. 1. adversus gentiles c. 14. & seq. ad questionem hanc ultimam de protestatione, qua valde utilis & frequens est, accedo in qua Eymericus eleganter docet, quando protestatio precedens inuert protestationem in fide errantem. Is vero more suo priusquam questionem respondeat, multa prefatur, inde tribus assertionibus rem absoluit.

Prima est: Qui protestatur generaliter se credere & tenere quod tenet & credit Ecclesiam, si postea negat id quod explicitè credere tenetur, non excusatur per talem protestationem.

Secunda est: Protestatio generalis cum tuetur qui negat id quod explicitè credere non tenetur, si tamen sit paratus obedire legitimo monitori, & post monitionem errorem deposuerit.

Tertia est: Si post legitimam monitionem, is qui protestatur, in errore perseverat, tunc eum non defendit precedens protestatio, immo ipsam reddit hereticum pertinacem.

De materia protestationis qui scripserint.

De materia protestationis agunt fere omnes recentiores, qui in hereticos scripserunt. Albertinus tract. de agnos. assertio. quest. 12. & q. 29. nu. 13. Simancas de catho. instit. tit. 55. idem in enchyridio violatæ religionis. tit. 50. Ioannes Roias tract. de heretic. par. 1. num. 62. & Alfonsus Casirus lib. 1. c.

11. de insula heretico. puniatio. Gerson tract. de protestatione, Vmbertus Locatus in opere iudiciali, verbo credibilia. num. 6. versicu. si autem, ac veteriores etiam iuris interpretes nonnulla de protestatione dixerunt, Bartolus in rub. de sum. Trini. & fide catho. Cardinalis in Clement. 1. de heret. s. porro Bartholomæus Cepolla cautela quadam, incipiente, Bonum & vrile. Alberticus tract. de statutis p. 4. q. 3. 2. & alij quos prudens omitto.

Et quia pauca quedam de protestatione sum traditurus, ad illiusrandum hunc auctoris locum, nolo negligere protestationis virtutem, quam viri sancti, ut mox dicam, amplexi sunt. Quoniam ergo in his commentarij multa & varia scripturi sumus de rebus gravissimis & maximis, in quibus interdum vel ob imperitiam, & iudicij imbecillitatem, vel ob insuperabilem difficultatem, aut alias causas, quas fert humana conditio, labi & hallucinari contingit: ingenuè fateor atque protestor, me nusquam voluisse discedere a fide catholica, quam Romana. & Apostolica profiteretur Ecclesia, cui diuinitus nunc constitutus preest Gregorius XIII. Pont. Max. nec aliud quidquam dictum volo, quam quod doctrina conuenit Romanæ Ecclesie: quod damnat ipsa, libenter damno; quod approbat, constantissime tenet, & sequor: hereticos omnes abominor, hereses cunctas detestor, nec quidquam est quod magis perhorrescam quam hereses, aut hereseos susceptionem, quam nusquam existimo patienter ferendam: quoniam, ut ait sapientissime Rufinus, Est quidem gloriosum Christi exemplo iniurias tolerare, iunam tamen notam hereseos qui serat vel dissimulet, non esse Christianum. Et beatus Hieronymus ad Pammachium epistola 61. ait: Nolo in suspicionem hereseos quemquam esse patientem, ne apud eos, qui ignorant innocentiam eius dissimulatio conscientia iudicatur, si taceat. hec Hieronymus.

Sed in viam reuertor: Protestationis usus antiquissimus est & visitatus cap. hec est fides. 24. q. 1. ubi Beatus Hieronymus ait. Hec est fides, Papa Beatissime, quam in Ecclesia catholica didicimus, quamque semper tenuimus & tenemus, in qua si minus perire, aut parum caute aliquid forte positum est, emendari cupimus a te, qui Petri fidem & sedem tenes. hæc tenet Hieronymus.

Protestatio autem, de qua hic differit auctor, que in rebus fidei fieri consuevit est confessio sine confessio fidei exterius facta ad ostendendum quid inueneris de fide sentiat protestans. ita Albertinus tract. de agnos. assertio. quest. 12. nu. 2. & aliorum quidem definitiones, tamen si diuersis verbis sint concepta, re tamen ipsa cum hac consentiunt. Postquam finitionem confirmare videtur illud Pauli ad Rom. c. 10. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem: quoniam ad fidei veritatem & integritatem non modo est necessarium in corde firmiter credere, sed etiam oportet id exterius ostendere, quoties causa postulat, ut diximus copiosè supra commentario 24. huius partis.

In primo casu talis protestatio generalis non ei sufficit ad salutem, nec adiuuat protestationem. Quoniam qui errat in his que scire debet explicitè,

placite, tamen malignitate & iniquitate peccare cen-
setur, ideoque velut consumatus hereticus habend-
us est, cum non videatur velle captivare intello-
ctum in obsequium fidei. ita Gerson tract. de pro-
testatione, considerat. 3. & Alfonso Castrius lib. 1.
de iusta heret. punitio. cap. 11. & optima equidē ra-
tione ita sentiunt: nam si huiusmodi protestationes
excusarent, liberum esset cuique quas vellet here-
ses impune docere: & pauci nunquam fuere hereti-
ci, qui huius protestationis velamine non fuerint
conati suas hereses tegere, & prae textu pietatis ita
defendere. Exempla vero quibus hic Emericus uti-
tur, appositissima sunt.

c Eodem modo si Græcus protestetur, ut prius.]
Ita Barcinonensis impressus, & directorum Car-
dinalis de Gamaras, bononiensis tamen & Sabella-
nus ita habent, Si Curatus protestetur. utraq; le-
gitime servari potest. nam si Græcus protestetur se ere-
dere in genere quidquid S. Romana Ecclesia credit:
item si curatus idem protestetur, quoniam curato
ratione officij incumbit explicite scire, Spiritum san-
ctum procedere a patre & Filio; & postea negent,
non excusabuntur. ceterum propter ea quae sequun-
tur, Græcus legendum crederem.

d In secundo vero casu, quando scilicet prote-
stans taliter negat illud, quod explicite credere
tenetur &c.] Hi excusantur per generalem
protestationem. & hæc secunda assertio maxime
locum habet in idiotis & rudioribus, quos excusa-
ri etiam ratione probabilis ignorantiae late ostend-
imus supra, commentario 22. quest. 7. huius partis
regula 4.

Hic tamen puto observandum, quod cum saepe du-
bitetur, an aliquis etiam literatus scire aliqua te-
neatur, cum sint quaedam ad finem spectantia adeo
difficilia & obscura, ut etiam doctos interdum la-
teant. plane si in eis labatur vir literatus multum
sibi proderit præcedens protestatio; quia ignorantia
potius quam animi malicia lapsus censeri debet, ut
optime scripsit Alfonso Castrius lib. 1. cap. 11. de
iusta heret. punitio. quem sequitur Simancas de cat-
hol. instit. tit. 55. num. 9.

e Si autem negat coram iudice fidei.] Hæc est
postrema assertio, eum scilicet non iuvare protesta-
tione, immo reddi hereticum pertinacem: qui non
vult revocare errorem admonitus ab Episcopo vel
inquisitore. idem docuit Emericus part. 2. quest.
32. num. 8.

Alfonso tamen Castrius lib. 1. de iusta heretic.
punitio. cap. 10. versi. ex his omnibus. tenuissimis
quibusdam rationibus conatus est ostendere Inqui-
sitoris monitioni non esse necessario semper paren-
dum, neque eum esse hereticum pertinacem putan-
dum, qui inquisitori admonenti non obediret.

e Ceterum contraria sententia vera & communis
est, quam profertur Bartolus, (quem Alfonso im-
merito reprehendit) in l. tutor quoque. §. tutores.
notabili 1. ff. de suspectis tuto. quem sequuntur Ioā-
nes Anania, & Felinus in rub. de heret. Cardina-
lis in Clemēt. 1. de sum. Trinit. Melchior Canus lib.
12. de locis theologis. cap. 10. circa finē. Palacius
Rubius in allegatione de heresi. §. 3. ver. si ergo in-
quisitores. Nicolaus Arelatanus trac. de heretico.

A notabili 10. Simancas de catho. instit. tit. 48. num.
19. & 20. Tabiētis in sum. verbo, hereticus. §. 25.
num. 26. quod ipsum tenuit iterum. Emericus par-
2. quest. 33. et dixi copiose in libris de penis here-
ticorum, ubi Bartolus ab impugnatione Alfonso
defendens in hunc modum intelligendū monni. Opti-
me scripsit Bartolus posse tanquam hereticum per-
tinacem puniri cum, qui admonenti Inquisitori non
obtemperat, quod non est perperam aut impruden-
ter accipiendum: sed tunc locum habet Bartoli sen-
tentia cum inquisitor monet. ut iudex, hoc est, re ma-
ture considerata, inspecta prius propositionum qua-
litate, habita cum Iurisperitis exquisita delibera-
tione: tunc enim ei pertinaciter resistere nemo potest
sine manifesta heresi: quod qua ratione contingat,
regulæ sequentes facile indicabunt.

B Sit prima: Quotiens quis incidit in heresim aper-
te damnatam. (voco autem heresim aperte damna-
tam, quæ vel per expressam Ecclesie definitionem
est damnata, ut non esse purgatorium: aut cuius
contrarium aperte in sacra scriptura continetur, ut
Davidem non fuisse regem, & similia, aut alijs mo-
dis) & admonitus ab inquisitore ut. renocet erro-
rem & postquam ostensa est ei ab eodem inquisito-
re manifesta heresis sine condemnatione: is tamen
non vult Inquisitori parere, profecto tanquam he-
reticus pertinax potest condemnari: nam hoc casu
legitime admonet, vera admonet, & iam definita
& declarata admonet; & hoc modo potest videri
locutus Bartolus.

Sit secunda regula: si quis heresim etiam non
aperte damnatam asserat, & inquisitor ei, habita
similiter (quod semper in hac tam gravi causa face-
re debet) matura consultatione cum Iurisperitis,
evidenter (quatenus possibile est) ostendat, asser-
tionem eam esse catholica fidei adversam, vel quia
communis Theologorum opinioni adversatur, vel
quia cum Ecclesie traditionibus pugnat, vel deni-
que quoniam alijs modis in fide peccat, & ad here-
sim accedit, quos enumeravi part. 2. super quest. 1.
reus vero non vult ita momenti inquisitori obtem-
perare, neque errorem revocare; profecto censendus
est hereticus pertinax. Ita Melchior Canus, & re-
fere lib. 12. cap. 10. de locis theologis circa finem:
& ita etiam accipi potest Bartoli & ceterorum
prefata sententia.

Sit tertia tandem regula: Si quis per imperitiam
seu ignorantiam in heresim labatur, (quod rusticis
& idiotis contingere saepe solet) & is à perito in-
quisitore, Episcopo, seu alio, cui legitime admoni-
tionis competit officium, admonitus non vult pare-
re, nisi sit omnino stupidus, & iudicij expertus, velut
hereticus pertinax condemnari potest: nam in his
quæ ad fidem spectant, imperiti in primis debent
prompto animo maioribus iudicibus Ecclesiasticis
obtemperare: quia etiam ratione acceptus Bartolus
prudenter loquitur, & immerito ab Alfonso repre-
henditur, cuius rationes velut leues libenter omit-
to: atque his quidem modis, quos etiam precipitato
loco Alfonso commemorat, potuisset Bartoli sen-
tentiam tueri.

Hactenus explicui tres de protestatione asser-
tiones ab Emerico allatas, ad quas multæ aliæ for-
tassis

Hereticus
percinax est,
qui monenti
Inquisitori
iudicialiter
non obtempe-
rat.

Generalis
protestatio
enuncietur,
qui errat in
his quæ ex-
plicitè scire
non obliga-
tur.

Non iuvant
protesta-
tione quile-
gitime admo-
nitus non de-
ponit errorē.

Inquisitori
monitionib.
parandum.

Prohibet
generalem
excusationem
in his
scire debet

Protestatio
contraria fa-
ctis non iu-
uar protesta-
tem.

taffis non difficulter reduci possent: ceterum ne quid in hac materia possit desiderari, nonnulla essent ad iungenda, quas et perfecte cognoscere oportet, inter quas una est sequens, videlicet: Protestatio contra factis non iuuat, nec excusat protestantem, vt si quis verbi gratia protestetur in genere, se credere omnia quae credit Ecclesia, vel in particulari, dicat se credere Messiam iam venisse, aut: cetera huiusmodi mysteria, ritu tamen Indaeorum paschale agnum occidat & manducet, sabbatum colat, vel similia perpetret, non iuuabitur protestatione: quia per contrarium factum recedit protestans a protestatione, glossa singularis in c. tua nos. verbo, mulierem de sponsal. gl. in c. cu. M. de const. verbo, sine prauidicio. gl. in c. otim causam. de censibus, verbo, protestatus. tradunt communiter interpretes in l. non solum. S. morte. ff. de operis noui nunciat. & in c. eum M. de constitu. Albertinus tract. de agnos. assertio. q. 12. nu. 9. quem sequitur Simancas de catho. insti. tit. 55. num. 7. tenet Gerson tract. de protestatione, considerat. 3. facit textus in c. existimant r. q. 3. ibi: Nec arbitrandum est in die iudicij, illos tantum a Dei Filio esse denegandos, qui in martyrio Christum negauerunt, sed & illos omnes, quorum opere vel sermone Christus negatus negat, vel confessus confitetur, haec ibi. Plus enim est factis quam verbis Deum negare; vt docuit eleganter Emericus par. 2. q. 50. & ea praesumitur eisque sentire: quae facit, cum ex factis colliguntur.

A gatur voluntas. l. reprehendenda. C. de inst. & sub. tit. l. de quibus. ff. de legibus.

Rursus hic etiam erat adiungenda & illa, quae conuenit casum singularem, de quo in decisione Roae 875. incip. Accusatus in antiquis, tit. de haereticis, eum videlicet, qui conuicitur de haeresi, quam non vult confiteri, etiamsi protestetur se credere, et teneat quod credit & tenet Ecclesia, nihilominus velut negatum & impunitum tradendum esse curis seculari: sed de hoc Emericus ex professo videtur tractare p. 3. in duodecimo modo processum fidei terminandi, ideo in eum locum hanc tractationem reuertitur.

Tales enim hereticorum protestationes, quo animo dicantur, prudenter est a fidei iudicibus indagandum. Singularis est haec Emerici adnotatio, quam qui causam fidei teneat, ne decipiatur, animaduertant oportet: est enim iam nunc usitata, si inter hereticos, vt ad deludendos Inquisitores, & iusta eorum iudicia fugienda, facile protestentur, ut hoc velut clypeo muniti, penas evitent; quod fecisse Martinum Lutherum in eo opere, quod Leonid decimo Pontifici Maximo nuncupauit, certum est: quo tamen animo fuerit protestatus, paulo post insigne illius perfidia indicauit, quam ob rem huiusmodi protestationes haereticorum vulgares (cum eorum animi ab erroribus non liberentur) pertinaciam plane non excludunt. Haec vero Emerici doctrinam hoc loco transcripsit & secutus est Albertinus dicto tract. de agnos. assertio. q. 29. nu. 14.

Hereticorum
vitiis
etiam in
stando
totum

FINIS PRIMAE PARTIS.

[Faint, mostly illegible text in the lower half of the page, likely bleed-through or a second column of text.]

[Faint, mostly illegible text in the lower half of the page, likely bleed-through or a second column of text.]